


*Sammlung*

Zur  
**Gräfl. vom Hagen'schen**  
Majorats - Bibliothek



**MÖCKERN**  
gehörig.

N<sup>o</sup> **1399**



2

DISSERTATIO THEOLOGICA,  
DIGNITATEM NATURÆ  
HUMANÆ  
EX GEN. IX. 6.

QUISQUIS  
EFFUNDIT SANGUINEM HOMINIS,  
PER HOMINEM SANGUIS ILLIUS EFFUNDITOR:  
QUONIAM  
AD IMAGINEM SUAM HOMINEM FECIT DEUS,  
DEMONSTRANS.

---

*PARS SECUNDA*

QUAM  
ADNUENTE SUPREMO NUMINE,  
IN ACADEMICO AUDITORIO MAJORE

DIE XXIII. NOVEMB. MDCCLXIII. H. S.

PUBLICE DEFENDENT

*P R Æ S E S*

PETRUS JANSSEN,  
SS. THEOL. DOCT. EJUSDEMQUE ET HISTOR. ECCLES.  
PROFESSOR PUBLICUS ORD.

ET RESPONDENS

HENRICUS BENZENBERG,  
SUGTELENA JULIACENSIS.



TEUTOBURGI AD RHENUM,  
TYPIS FRANCISC. ADOLPH. BENTHON,  
ACAD. TYPOGR.

1  
DISSERTATIO THEOLOGICA  
DIGNITATEM NATURAE

HUMANAE

EX GEN. IX. 6.

AD IMAGINEM SUAM HOMINEM FECIT DEUS  
QUONIAM  
PER HOMINEM SANGUIS ALIUS REFUSCITATOR:  
REFUSCITATOR SANGUINEM HOMINIS  
QUI SANGUIS

PARS SECUNDA

ADVENIENTE SUPREMO NUMINE  
IN ACADEMICO AUDITORIO MAJORE

DIE XXIII NOVEMBRIS MDCCCLXXXII

PUBLICE DEFENSIT

P. R. A. S. S.

PETRUS JANSSEN

THEOLOGICUS DOCTOR, PASTOR ET HISTORICUS

PROFESSOR PASTORIS ORD.

ET HISTORICUS

HENRICUS BRUNNENBERG

SCHOLASTICUS

TEUTONICI AP. PAVIUM

THE FRANCISCO ADOLPHI BENTON

ADAM FRIDOL

VIRIS  
PERILLUSTRIBUS, GENEROSISSIMIS, EXCELLENTISSIMIS,  
MAGNIFICIS, CONSULTISSIMIS,  
POTENTISSIMI ET SERENISSIMI  
REGIS BORUSSIÆ  
IN TRIBUNALI REGIMINIS CLIVO-MARCANI  
PRÆSIDIBUS, DIRECTORI, CONSILIARIIS,  
INTEGERRIMIS, GRAVISSIMISQUE,  
GENERE, DIGNITATE, SAPIENTIA, VIRTUTE,  
RERUM MAXIMARUM ADMINISTRATIONE,  
SPLENDIDISSIMIS,  
DE PATRIA, ACADEMIA, PUBLICA SALUTE,  
PRÆCLARE MERENTIBUS,  
POST  
CONCESSAM A REGE CLEMENTISSIMO  
ADVERSARIIS INCOMPARABILI ET DIVINA  
QUADAM INDULGENTIA  
PACEM,  
REDDITAMQUE HUIUS BENEFICIO MUSIS  
VITAM,  
HASCE REDIVIVARUM EXERCITATIONUM  
ACADEMICARUM  
PRIMITIAS,  
PARTEM ALTERAM,  
SACRAS ESSE JUBET,  
VENERATIONEM, AD QUAM SE OBSTRACTISSIMAM  
SENTIT, OMNIBUS PRODERE ET SIGNIFICARE  
MODIS GESTIENS ARDENSQUE,  
PIETAS.

An die  
Königliche Hochpreisliche Landes-  
Regierung.

**I**st nach dem Haupt ein Glied, das besser, als die  
Hand,  
Das nützlicher, als sie, der Treue Hülf und Pfand?  
Laßt, Friedrichs rechte Hand! im Welken  
dieser Lehren,  
Hochtheurste Väter! Euch Hand, Mund und  
Herz, verehren,

Pet. Janßen.

# DIGNITAS NATURÆ HUMANÆ

EX GEN. IX. 6. DEMONSTRATA.

## CAP. II. CONSPECTUS CAPITIS.

§. XVII. **I**ndicia, quæ alibi pro nostra sententia reperiuntur. Rom. III. 23. §. XVIII. 1 Cor. XI. 7. Ratio & an-  
fa additamenti, *propter angelos*, vs. 10. illationi adjecti, explica-  
tur, in Nota, §. XIX. Eph. IV. 23. 24. Col. III. 30. §. XX.  
Quomodo *Jusitia* ad imaginem Dei in homine integro  
pertinuerit. §. XXI. In Contextu Eph. IV. 24. explica-  
tio nostra vocem *αὐθις* ab inconvenientia *superflui* libe-  
rat. §. XXII. 2 Cor. V. 1 - 5. Quorsum spectet Enun-  
ciatio, *Qui nos ad id condidit, est Deus*. §. XXIII. Con-  
textus Phil. II. 5 - 11. figillatim expenditur, & phrasæ,  
in eo occurrentes, enucleantur. Explicatio phrasæos, non  
duxit pro rapina, *Deo esse parem*. Emphasis locutionis,  
*ὕψιστων ἐν μορφῇ Θεοῦ*. §. XXIV. Dictio, *natus in simili-  
tudine hominum, & habitu inventus sicut homo*, quorsum  
tendat, & quid significet. §. XXV. Annotariuncula in Effa-  
tum Davidis Ps. XVII. 15. §. XXVI. Pressior consideratio Con-  
textus Gen. III. 22. Sensus Effati divini: *Ecce hic Adam  
factus est sicut unus ex nobis*. §. XXVII. *עָרַב* in sub-  
sequente membro verti potest *Scientia*, & præfixo casus  
nominativi, & Unum illum ex Personis divinis insignite  
definire. Verbum *עָרַב* per Syllepsin dari potest: *Ecce  
Adam fuit, & factus est*. §. XXVIII. Nova observatio ad  
Eph. IV. 24. §. XXIX. Pensitatio iterata Contextus pa-  
ralleli Col. III. 10. §. XXX. Consideratio Contextuum  
Luc. III. 28. & Gen. V. 1 - 3. §. XXXI. Explicatio pro-  
posita in clara ponitur luce, defenditur, visque, senten-  
tiam nostram stabiliens, ostenditur.

I

§. XVII.

Indicia, quæ  
& alibi in S.  
Scriptura  
pro senten-  
tia nostra re-  
periuntur.

Rom. III. 23.

§. XVII. Tantum de indiciis & vestigiis, quæ pro sententia, quam hic defendo, in historia occurrunt Mo-  
saica. Dispicimus nunc porro, an non & alibi in Scri-  
ptura Sacra reperiantur vestigia, ad hanc nostram expli-  
cationem ducentia, lucemque ex ea accipientia.

Digna animadversione sunt Apostoli verba Rom. III.  
23. Omnes peccaverunt, *καὶ ὑπερουχῶνται τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ*,  
*ac deficiuntur gloria Dei*: Vocabulum Δόξα significat sæ-  
penumero Splendorem. Alius quidem celestium (corpo-  
rum) decor, splendor. (Δόξα) alius vero terrestrium. Alius  
decor Solis, & alius decor lune: & alius decor stellarum,  
stella enim stellæ præstat decore 1 Cor. XV. 40. 41. Cor-  
pus, si nimirum sepelitur, *seritur ἐν ἀτιμῳ*, *obscurum, in-*  
*glorium, sædum*, suscitatur *ἐν δόξῳ*, *in gloria*, sive ad glo-  
riam vl. 43. Qui transfigurabit corpus nostrum humile, ut  
conforme fiat ejus corpori *ἐν δόξῳ*, *glorioso, splendido*, Phil.  
III. 21. Fulgentissima illa & liquidissima Nubes, celebra-  
tissimum olim & perfrequens gloriæ & gloriose præsen-  
tiæ divinæ memoriale & signum, nomine Δόξα insigni-  
tur Luc. II. 9. Act. IX. 3. XXII. 6. 11. XXVI. 13. &c.  
Per *gloriam Dei*, qua omnes deficiuntur homines, Theo-  
logi fere intelligunt Dei imaginem, peccato amissam. Sed  
quæ ratio, quod Spiritus Sanctus imaginem hanc signet  
nomine Δόξα; Respexit, opinor, ad splendorem, quo  
in generis humani primordiis in Adamo, Capite nostro,  
tum naturali, tum morali, gloriosi Creatoris nostri manu  
amicti atque condecorati fuëramus: qui splendor, si eum  
tenuissemus, profecto summum nostrum decus, Δόξα,  
gloria, nostra, fuisset, qua indutis comparere coram Deo  
licuisset cum *παρρησία*. Cum vero Decore hoc, præsen-  
tis in animo imaginis Divinæ signo, sumus nudati omnes,  
perit simul omnis gloria nostra; phrasi Paulina, *ὑπερο-*  
*υχῶνται*



μετα της δοξης του Θεου, destituimur gloria Dei, causse gloriae hujus tum efficientis, tum exemplaris, quae gloria, facta recta servata, Δικαιωμα nobis praebuisset & potestatem, jure filiorum apud Deum utendi, fruendi, cum confidentia sincerissima, serenissima, constantissima: qua vero amissa, nihil amplius remanet, nisi pudor, nisi metus, nisi mala atque anxia trepidansque conscientia.

§. XVIII. Idem Apostolus, 1 Cor. XI. 7. probatur, 1 Cor. XI. 7.  
 rus, virum, in Ecclesia precantem aut prophetantem, non debere in capite habere tegumentum, utique vero mulierem, hoc argumentationis suae ponit fundamentum, quod *Christus sit caput omnis viri, caput autem mulieris sit vir, caput vero Christi Deus. Caput Christi est Deus; quia Deus est origo, exemplar & Pater Domini nostri, Jesu Christi, & Christus est imago Dei, Απαυγασμα της δοξης του Θεου και χαρακτηρ της υποστασεως αυτου* Hebr. I. 3. *Christus eodem sensu est caput viri; quoniam Christus origo erat & exemplar, ad quod hominis ipsemet finxit non tantum animam, sed etiam, quod hic cum maxime in censum venit, corpus: ita ut & homo suo modo Απαυγασμα της χριστη και χαρακτηρ της υποστασεως αυτου* potuisset, & appositis quidem potuisset, nominari: vocibus, υποστασις & δοξα, utrumque, quod in imagine & similitudine Dei in homine distincte supra notavimus, illa *substantiam*, hac *habitu* & *qualitates* ejus *gloriosas*, significare aptis. Explicationem hanc recte se habere, claret; quod Apostolus ipsemet v. 7. mentem suam hunc ad modum exponat: *Vir non debet operire caput, quum is imago sit & gloria Dei.* Quo autem pacto Adamus, aperte enim ad creationem & itatum primi Viri respicitur, ex eoque cujusque alius viri conditio ejusdemque ad mulierem relatio aestimatur, quo, inquam, pacto Adamus Dei erat imago, simulque ejus gloria? Nostra de creatione hominis ad Dei imaginem

ginem secundum similitudinem ejus sententia inde petit rationem, quod Filius Dei, hominis Creator, non tantum Adami substantiam formavit ad substantiam assumptæ tunc a se humanæ formæ, sed quandam etiam habitus, quo fulgebat, similitudinem in eo loco vestimenti expressit: quod uti perhonorificum erat homini, sic pariter Creatori in laudem & gloriam cedebat. Præsertim cum hæc ipsa esset corporis substantia & forma, quam Filius Dei, Adami Creator, hominibus appariturus, induere, & in qua, peracto redemptionis opere, æternum gloriosus & admirabilis esse decreverat. Hoc respectu solus Adamus erat imago Filii Dei, Elohim, Creatoris sui, & non mulier: uti etiam Apostolus hunc respectum soli tribuit viro, & mulierem ab eo excludit, dicens solummodo: *Δοξα τῷ ἀνδρὶ ὡς ὁ κύριος, mulier est gloria viri.*

Qua vero ratione mulier erat *Δοξα* viri? Veluti virum intuens in eo dictum ad modum conspiciebat imaginem Dei Creatoris ipsius & simul ejus gloriam: sic mulierem inspiciens, ex corpore viri formatam, splendoris, qui viri vestiebat corpus, participem, is videbat in ea *gloriam viri*: & hoc pacto mulier viro suo laudi erat & gloriæ. Acutus ergo & perspicax Apostolus, rem hanc in prima origine sua considerans, generatim utique, vereque item, dicere poterat, *Dei imaginem & gloriam esse virum, & viri doxam, gloriam, esse mulierem.*

Pro fundamento vero ponit, ad imaginem & cum imagine Dei factum esse totum Adamum, ita, ut Adamus in corpore simul suo vera & viva esset imago, quæ Deum, Creatorem suum, Filium Dei, in futuris ejus apparitionibus repræsenteret præmonstraretque. Unde sequebatur, ut Vir, in ecclesia orans aut prophetans, caput suum non deberet regere, non potestatem, hoc est, signum subjectionis, superiori humanæ potestati obnoxia, in capite suo habere. Cumque dignitas hæc atque præstantia ei tantum,

tum, qui Dei erat imago, conveniret; ideo mulier non debebat sibi arrogare eam, sed caput tegens, potestatem, signum, ipsam non viri caput, sed uti revera in prima origine sua spectata est, viri corpus esse, & esse velle, indicans, in capite suo habere.

Certum satis est, Apostolum, solum Adamum Dei imaginem & gloriam nominantem, adhuc aliquid aliud, quam imaginem internæ sanctitatis & cognitionis veritatis, utpote quo respectu mulier non minus, atque Adamus, Dei fuit imago & Δοξα, ob oculos habuisse. Observationes nostræ detegunt illud, & in Adamo excellentiam, de qua non participabat mulier, demonstrant. Potuitne Apostolus, virum ut Dei imaginem & gloriam sibi proponens, vocabulo *imagine* ad צלם, & alio vocabulo Δοξα ad דמות respexisse? Mulier in suo ex Adamo accepto a Deo corpore neque Dei neque Adami erat imago, sed similitudinis, voce דמות significatæ, consors, deque Δοξα & splendore, in Adami corpore conspicuo, & ipsa in corpore quoque suo participans. Unde apparet, quam accurate & cogitate Apostolus scribat, mulierem non viri imaginem, sed δόξαν tantum nominans. Apparet item, neque fundamento neque usu in explicandis sacræ Scripturæ notionibus destitutam esse, quam supra feci, inter צלם & דמות distinctionem. (13).

I 3

§. XIX.

(13) Obiter hic, quid de vexatissima ratiocinii clausula vs. 10. Δία τῶν ἀγγέλων, propter angelos, mihi videatur, & unde Apostolo, in præsententi argumento versanti, opportuna ad eam & expromta porrigi poterit ansa, liceat attexere.

Apostolus ex relatione, quam mulier ex prima origine sua ad virum, & quam vir ex eodem capite tum ad Deum Creatorem suum, tum ad mulierem, habet, conficit, inconveniens esse viro, si, orans aut prophetans, caput operiat, contra mulieri indecens esse, si orans aut proph-

Eph. IV. 23.  
24. Col. III.  
10.

§. XIX. Idem Apostolus ad instaurationem imaginis Dei cohortans Eph. IV. 23. 24. Col. III. 10. eam tamquam *hominem*, & tamquam *vessem*, considerat, quam illos, ad quos hortationem suam dirigit, oporteat induere. Si supponatur atque admittatur, Adami corpus splendore quodam externo ornatum & quasi vestitum fuisse, in signum lucis cognitionis & sanctitatis in spiritu mentis: an potu-

phetans tegmine capitis careat Representavit ergo sibi Apostolus, hæc scribens, tum creationem primi viri, Adami, ad imaginem & gloriam Creatoris sui concinnati, tum formationem primæ mulieris, Evæ, ex corpore viri, Adami. Adsumimus, Apostolum, hæc commeditantem, simul sibi representasse Angelos, utriusque creationis spectatores & testes, interque hanc representationem in mentem ei venisse, hos ipsos Angelos interesse Christianorum coetibus, Eph. III. 10. Unde proclivis subnascebatur illatio, offendi hos Angelos, si in cætibus Christianorum viderent, vel viros vel mulieres contra venerabiles istos, ex utrorumque formatione, & formationis, sapientissime a Creatore instituta, modo fluentes, se gere re respectus, eosdemque subvertere. Non necesse ducebat Apostolus, hanc omnem representationem explicate proponere, nec plane eam voluit omittere, sufficere credens, si modo representationis adjiceret & exprimeret argumentum; evolutione ejus membris relicta ecclesiae, in quibus esse potuerunt, qui ex copiosis institutionibus, quibus præserte Apostolo gavisi fuerant, mentem ejus haud difficulter adsequebantur.

At postulabis, ut id, quod adsumsi, probem, saltem ejus ostendam probabilitatem. Equo huic me satisfacturum spero postulato. In memoriam modo devoces Numinis ad Jobum effatum: *Ubi eras, quum fundarem terram? Quum canerent simul stelle matutinae, & clangerent omnes filii Dei?* Job. XXXVIII. 4. 7. Adplausurunt Creatori, cum fundaret terram, angeli videntes & resciscentes a Creatore, in domicilium eam parari entium, qualia & ipsi erant, ratione præditorum, circa quorum gubernationem Creator constituerat ipsorum uti ministerio. Quam Numinis ordinationem unanimi tunc voce concordibusque júbilibus adprobaverunt. Júbila hæc edita fuerunt, quum Deus fundaret terram: quod die secundo cæptum fieri, expansum circa terram elaborante. Fuerunt ergo Angeli operis hujus spectatores & testes. Quid nunc probabilius, quid cum veritate conjunctius, quam eadem attentione & *φιλομαρτία* eos sequentium dierum prosecutos esse opera? Quid cogita-

potuisset tunc Apostolus hortationem hanc suam ingeniosius & significantius proponere? an venustius convestire? Esetne quisquam, qui addubitarer, ad id respexisse & adluisse Dei Spiritum? Non equidem effatis hūc utor tanquam thesōs meæ fulcris: interim non potui, non debui, propter insignem figurarum, quibus Apostolus propositionem hanc suam illuminat, cum explicatione, quam supra de

tu proclivius, quam cupidissimos studiosissimosque se præbuisse observatores, cum Deum, ceteris operibus absolutis, ad eorum colophonem, cujus gratia secundo jam die cælum jubilis suis compleverant, accingere se & manus admovere cernerent, intentamque tenuisse contemplationis aciem, donec univertum Dei opus consummatum viderent. Nihil ergo adsumtum & considerationi Apostoli datum, nisi quod non tantum probabile est, sed quis etiam alius, bono præditus nec tardo ingenio, ipsemet, sine Apostoli face & ductu, ex Dicto Dei, a scriptore libri Jobi memoria prodito, collegerit. Diabolus, nuperrime ex bono angelo malus factus, in hominis ad esum de arbore vetita illectu palam facit, se interdixit homini arboris non esse ignarum, quin & nomen hujus arboris tenuisse scelestissimum defectorem, prodit habitus cum Eva sermo; quod signo esse potest & documento, fuisse eum de statu hominis probe informatum: cujus specialis notitiæ rationem habes; si rerum circa homines, in eorum ortu secutisque eum constitutionibus Dei, factarum angelos facias sive spectatores & auditores, sive alio quocunque modo concios.

Dixi, ad abruptum istud & concisum additamentum, clausulæ argumentationis vs. 10. adjectum, penetrandum, nonnullis ecclesiæ Corinthiæa membris, doctrinis Pauli, cum in ecclesia istac præsens esset, largius effusiusque rigatis, aditum potuisse minus impeditum esse. Id quod sic se habuisse, idque Apostolum non ignoravisse, a vero mihi non videtur abhorre: idemque in aliis obscurioribus effatis, sententiis, phrasibus, subinde obligasse, si quis crediderit, eum non putemsa probabilitate discedere. Neque hoc ipsum suo carebit usu in disputatione de S. Scripturæ obscuritate, cum obscuritatis patrōni locos *Δυσνοητες*, *difficiles intellectu*, producant, quorum non paucos credibile omnino est, illis, qui tunc vivebant, aut ad quos talia scribebantur, ob cognitum scriptoris in loquendo scribendove morem, ob cognitatas item & perspectas interiores ejus sententias, intellectu fuisse faciles, minimeque abstrusos.

de  $\epsilon\lambda\lambda\omicron\varsigma$  &  $\epsilon\lambda\lambda\omicron\varsigma$  in Adamo protuli, convenientiam, locos istos præternittere, mirificam quandam gratiam & gravitatem ex doctrinis nostris accipientes.

At vero an hi contextus adduci non poterunt, ad impugnandam nostram imaginis Dei in primo homine explicationem, utpote, qui imaginem Dei in homine solummodo ad morales qualitates mentis, justitiam &  $\delta\sigma\iota\omicron\tau\eta\tau\alpha$   $\tau\eta\varsigma$   $\alpha\lambda\eta\theta\epsilon\iota\alpha\varsigma$ , ejusque agnitionem, referunt? Hoc utique fieri posset, & nos hoc ariete nos videremus repulso; si imaginem Dei tantummodo in corpore Adami, inque similitudine ejus cum assumptæ a Creatore formæ humanæ habitu poneremus. Hoc vero nos non facimus: morales perfectiones, quarum Apostolus meminit, & in nostra explicatione  $\tau\omicron$  formale imaginis Dei, ad quam Adamus conditus fuit, efficiunt. Sed hoc non impedit, quo minus & corpus hominis ad exemplar formæ humanæ, a Creatore tunc adsumptæ, fingi poterit, idemque consimiliter fulgida quadam luce, de interna moralis perfectionis, cognitionis, sanctitatis, luce & puritate testimonium atque indicium exhibente, condecorari & quasi veste quadam amiri. Mirum autem non est, externæ istius gloriæ citatis in locis Apostolum non injicere mentionem, utpote cujus in hac vita recuperatio ad pietatis, quam provehere intendebat, curas, studia, contentiones, neque etiam partes, pertinebat. Externæ gloriæ hujus in corpore restitutio opus est, quod omnipotens Creator & Redemptor hominum ipse  $\alpha\mu\epsilon\tau\omega\varsigma$  perficiet, & tunc perficiet, quando regnum suum æconomicum cum adventu suo ad novissimum univèrsale judicium, quocum resuscitatio corporum ad gloriosam & immortalem vitam connexa, consummabit & glorioso fine coronabit.

Quomodo  
Iustitia ad  
imaginem

§. XX. At vero, quid hoc sibi vult, quod Apostolus Eph. IV. 24. novum hominem, secundum Deum condit-

ditum, ponat non tantum in *δσιότητι της αληθείας*, *sanctitate vera*, sed etiam in *Δικαιοσυνη*, *justitia*, & huic principem tribuat locum? Video præclaros Theologos per *justitiam* hic intelligere *Justitiam Jesu Christi*, quam fides apprehendit atque in se transmovet, isto ex capite, quod *justitiam* hanc ut fundamentum instaurationis imaginis sanctitatis considerant. Hoc etsi in se spectatum consentaneum est veritati, attamen in locum Eph. IV. 24. id, nisi dextre explicetur, non videtur convenire. Certum enim est, & constat inter omnes, Jesu Christi, Sponsoris & Redemptoris, *justitiam*, quam fides in suas transfert rationes, ad imaginem, Adamo in creatione inditam, non pertinuisse. Interim fulgida ista species, corpori Adami loco vestis data a Creatore, de incontaminato, sancto, integro atque innocente, statu mentis ipsius testabatur, eique jus & *παρρησιαν* tribuebat, coram Deo sine pavore & metu comparandi: quo respectu ea tamquam Adami *justitia* considerari potuisset, & propter adductam rationem hoc nomine insigniri. Unde cum externum hunc & visibilem fulgorem, corpus ipsius loco vestimenti amicientem, amisisset, tum vero se reum videbat, tum erubescibat, tum horrebat & formidabat in Dei venire conspectum, eum idcirco refugiebat, seque in arborum umbris & latebris abdere conabatur, ut qui nunc *gloria justitie*, *τη Δοξῆς*, quam antea habuerat, se *destitutum* videbat Rom. III. 23. Tum nudi protoplastæ loco splendoris, qui eis fuerat loco vestis, tunicis, ex pellibus sacrificiorum confectis, ab ipso Deo amiciebantur: quæ tunicæ ipsis *justitiam* significabant, a futuro Semine mulieris patiendo & moriendo comparandam, quam per fidem induere & suam facere deberent, pariterque commonefaciebant, imputatam istam Seminis mulieris *justitiam*, per tunicas adumbratam, in locum succedere deperditæ gloriæ, ipsisque jus iterum &

Dei in homine integro pertinuerit.

K

πας

παρηγοίαν comparare & tribuere, sine horrore & metu coram Deo, utpote quem jam propter sacrificium, a Semine mulieris præstandum, ut sibi reconciliatum confidere poterant, comparandi, ab eoque omnia, quibus opus habebant ad pietatem & vitam, sperandi & expectandi. Imputata Redemptoris justitia & peccatoris certe est Δόξα, gloria, gloriosa ejus vestis, *Pallium justitia*, quod non solum ejus contegit nuditatem, sed eidem etiam decus & gloriam conciliat: interim mavult Apostolus gloriam hanc, ex sponse in peccatorem redundantem, consueto sibi nomine *Justitia* designare; quo animi sui sententiam luculentius evidentiusque exprimeret, simulque, qua in re nunc peccatoris Δόξα consistat, insinuaret, pro Δόξα, quæ in Adamo ad imaginem Dei pertinuerat, vocabulum, quod latiore erat usu, & æque in statum integritatis atque in statum & conditionem nocentis, sed Christo JESU per fidem inserti, peccatoris convenit, nimirum vocabulum *Amalocoun*, *Justitia*, ponens.

Lux vulgatum in sacra Scriptura emblema est cognitionis salutarium veritatum, sanctitatis, gaudii, quod bona & justitiam coram Deo habente conscientia niti debet, & nititur. Præcipuos hosce metaphoricos lucis significatus profert Apostolus Eph. IV. 24. *novum hominem* describens ut conditum secundum Deum *in justitia & sanctitate vera*, quæ cognitionem veritatis sanctificantis supponit & in se comprehendit. Ad explicitam hanc delineationem imaginis Dei, ad quam conditus erat primus homo, & nos renovari oportet. Apostolus typum & exemplar reperiebat in luce illa, qua demonstramus corpus Adami primitus loco vestimenti circumdatum atque amictum fuisse, in signum lucis sapientiæ, sanctitatis & innocentie, interne in animo ejus radiantis. Et cum Apostolus externam lucem, in Adami corpore conspicuam, ut signum internæ spiri-



spiritualis lucis videatur consideravisse, & hanc ex illa intulisse: consentaneum utique erit rationi, rerumque nexui, ipsum quoque in Creatore hominis sibi proposuisse externum & visibilem splendorem, unde consimilis lux, *απαυγασμα της δοξης*, in Creatore vibrantis, in corpore Adami fuerit expressa. Quemadmodum de Mose legimus, cum de monte redux populo se ostentaret, a Gloria Jehovæ cutem faciei ejus relaxasse, & quum populus fulgorem istum ferre non posset, velo obtexisse. Quod me supra jam tangere memini, & nemo non videt, argumentum, quod jam tracto, mirifice illustrare. Historia mirandi hujus phænomeni prostat Exod. XXXIV. 29. 30. 33. 35. Ex qua videre est, istam lucidi fulgoris impressionem in cute faciei Mosis aliquantum temporis obtinuisse.

§. XXI, Immo vero in Contextu Eph. IV. 24. explicatio nostra in phrasi, *οσιωτητι της αληθειας*, posteriorem vocem ab inconvenientia *superflui*, quæ vulgarem interpretationem premit, ita liberat, ut additionem ejus necessariam omnino faciat, insignique congruentia & venustate cumulet.

Multi interpretes, Belgæ, Piscator, alii, in verbis, *εν δικαιοσυνη και οσιωτητι της αληθειας*, ex more, linguæ Hebrææ persfamiliari, nomiai substantivo *αληθεια* significatum tribuunt *adjectivi*, reddentes: *in vera justitia & sanctitate*. Doct. Beza vertit: *ad justitiam & sanctitatem veram*. Hi illud *verum* exponunt per *non fucatum, sincerum*: quod ipsum in *Lutheri* expressum *Versione*. Probo vertendi rationem. Nec displicet constructio *Bezæ*, τὸ *αληθειας* cum *οσιωτητι*, quacum proxime etiam coheret, connectentis. Sanctitas *non fucata*, *αυποκριτος*, vocari utique potest sanctitas *vera*: sed hæc notare æque potest *Veritatem* sanctitatis, *ipsam sanctitatem*, re quadam alia, externa, visibili, antea significatam. Frequens hic *Veritatis* in libris N. T. est usus. Hac itaque in sede per

In Contextu  
Eph. IV. 24.  
explicatio  
nostra vo-  
cem *αλη-  
θειας* ab  
inconveni-  
entia *super-  
flui* liberat.

ὁσιότητα τῆς ἀληθείας commode sane, convenienterque  
 sacrorum Scriptorum filo, *vera, ipsa*, sanctitas potest de-  
 signari, cujus in Luce illa, qua Creator, hominem ad ima-  
 ginem secundum similitudinem suam creans, convestive-  
 rat corpus, signum conspiciebatur. Qua ratione insinua-  
 ret Apostolus: quamvis externa corporis lux, partem &  
 signum imaginis Dei in primo generis humani parente re-  
 præsentans, obtineri nequeat nec sperari in hoc mortali  
 corpore; indutum tamen novi hominis ad creatis eum  
 imaginem ingredi debere id, cujus lux illa externa fuerat  
 insigne & documentum, *sanctitatem* videlicet *ipsam*, cujus  
 in animo præsentis lux corporis externa faciebat indicium.  
 Ex hoc adspectu adjectioni τῆς ἀληθείας ad ὁσιότητα  
 sua constat ratio, suum pondus & decus. Verum enim  
 vero additionem hanc vulgaris explicatio hoc in contextu  
 oppido dilutam, &, ut libere dicam, quod sentio,  
 supervacaneam. Ecquis enim a sanctitate, ad imaginem  
 Dei expressa, non ultro & per se intelligit, factum, men-  
 dacium, hypocrisin, abesse? Potuisset ὁσιότης, *Puritas*,  
*Sanctitas*, per tropum Metonymias pro ejus signo poni.  
 Apostolus ergo, omnem ambiguitatem amputaturus, ad  
 ἐν ὁσιότητι addit τῆς ἀληθείας, quo pacto mentem suam,  
 hac dictione *ipsam sanctitatem*, luce Adami, ad imaginem  
 Dei creati, externa significatam, intelligentem, & a lecto-  
 ribus suis intelligi unice volentem, dilucide explanat. In  
 loco parallelo Col. III. 10. ad dictionem, εἰς ἐπιγνώσιν,  
 nihil additum; siquidem in eo metuenda non erat ambi-  
 guitas: cum nemo non cernat, ad mentem eam unice  
 pertinere. Et cur hic ad ἐπιγνώσιν, sanctitatem compre-  
 hendentem, non additum τῆς ἀληθείας ad *veram*, nec su-  
 catam, cognitionem condocerendum? Nonne *addita-*  
*mentum* hoc hac in serie judicabitur superfluum? de caus-  
 sa rogatus, dices sine dubio, quod cognitionem, ad ima-  
 ginem

ginem Dei Creatoris expressam, nemo non per se intelligat *veram* necessario esse, & ab omni fucō & mendacio sejunctam. Eadem ratio cum obtineat Eph. IV. 24. in *additamento της αληθείας* ad *δυσίτητι;* rectene & hoc in loco id pro superfluo habebitur, ex mente vulgaris explanationis intellectum? An vero credibile est, Apostoli nostri, ex pressō & conciso stilo nemini, qui scripta ejus lectitat, incogniti, cujus verba, phrasēs, epitheta, ubivis pondus & nervum habentia, nusquam languida, nec otiosa, mirantur omnes, in elegantissima pictura, quam præcedentibus commatibus adornare occæperat, ubi consimili jam orationis schemate in fine versus 22. *επιθυμίας* epitheto *της απάτης;* sed qua cum luce! quo doctrinæ cumulo! insigniverat, in ultima linea, quæ picturam coronare debuerat & cum decore consummare, ita remisisse attentionem & industriam, ut epitheton tandem adlineret plane otiosum, utpote prorsus condocens nihil, nisi quod clare jam in ipsâ lucebat pictura? Ecquis enim dubitat, & dubitare potest, sanctitatem, ad Sanctitatis, quæ in Deo est, imaginem ab ipso Creatore expressam, esse sanctitatem *veram*? Esse sanctitatem, Exemplari suo confortem? Expositio nostra *epitheti* hujus demonstrat sapientiam, nervum, necessitatem. Mirum sane est, Paulum Apostolum multiplicium variarumque cogitationum copiam paucis fere proponere verbis, ita, ut earum nucleum, nec obscure, exhibeat, ad ista etiam, quæ vel explicata aperteque non tradit, vel in animo retinuit, attendenti ansam subinde & filum porrigat.

§. XXII. Videamus porro, an in Contextu, de 2Cor.V.7-51 gloria corporum, ad vitam æternam resuscitatorum, tractante, qui exitat 2 Cor. V. 1 - 5. idem Apostolus ad historiam primi hominis, creati secundum gloriosi Creatoris sui exemplar, nos remittat, historięque huic nonnihil

aut adfundat aut inde accipiat lucis. Scimus enim nos, inquit, si *terrestris* hujus domus nostræ tabernaculum dissolutum fuerit, ædificium ex Deo habituros, domicilium non manu factum, æternum in cælis. In hoc etenim suspiramus, expetentes domicilio nostro, quod e cælo est, superindui: Si quidem etiam induti, non nudi reperiemur. Etenim qui sumus in hoc tabernaculo suspiramus gravati: in quo non cupimus exui sed superindui, ut absorbeat mortalitas a vita. Qui nos ad hoc ipsum condidit, est Deus, qui etiam dedit nobis arrhabonem Spiritus.

Est corpus domus, habitaculum, animæ. Potest etiam ut *vestis* considerari, qua anima circumdata & quasi amicta est. Corpus nostrum Apostolus nominat *domum terrenam*, quia ex terra formatum fuit primi hominis corpus. Cogitabat ergo Apostolus, hæc scribens, de primi hominis ex terra formatione. Et quoniam corpus cujusvis hominis sine discrimine, sineque ulla exceptione, in præsentis ejus statu caducum, fragile & dissolutioni obnoxium, est; idcirco illud sibi sub imagine proponit *tabernaculi*, quod non diu uno in loco subsistit, moxque & facile refigitur. Quod de terra est, sibi ut fluxum, solubile & fragile, proponit. Cælum solum respicit ut stabile & perennaturum habitaculum, in quo, discedentes e defectis corporibus, sanctorum animi domicilium illico inveniunt suum, ejusque quasi convestiuntur gloria. Terram, & quidquid a terra provenit, sibi ut obscurum, ut tenebrosissimum, repræsentat. Cælum, & quidquid ex cælo ortum ducit suum, in ipsius contemplationibus mera, mera, lux est & gloria, mera vita & immortalitas. Inter hæc ad præclaram, quæ justorum corpora manet, fortem considerationem suam convertit, ad cupiditatem & studia gloriæ hujus potiundæ inflammanda. Prævidet, ditutum morte tabernaculum corporis eorum denuo instauratum & consociatione cælestis claritatis & gloriæ cum eo  
in

in domicilium caeleste aptatum iri. Qui sumus, subdit Apostolus vs. 4. in hoc tabernaculo, suspiramus gravati: propterea tamen *non expetimus eo exui*, hoc est, morte a corporibus nostris in perpetuum sejungi, sed cupimus potius, eo iterum indui, simulque claritate & gloria caelesti, tamquam epitogio, auro gemmisque fulgentissimis tecto & obfeto, supervestiri. Apostolum verbis modo citatis & circumscriptis gloriam corporum, ad vitam caelestem, immortalem, suscitatorum, respicere, claret ex verbis subjectis: *ut absorbeatur mortalitas a vita.* (14.)

Ὁ δὲ κατεργασαμενοσ̄μας εἰς αὐτο τοῦτο, Θεός. *Lutherus κατεργασαμενος* vertit, *qui nos ad id parat.* Interpretibus *Belgis* idem placuit verbum, sed hoc cum discrimine, quod ille in exprimendo verbo Græco utatur *tempore presente*, hi autem *tempore praterito.* Quod praefarendum quoque: & cum *Lutherus* verba sequentia, ὁ καὶ δεσ̄ ἡμῶν τον ἀρραβωνᾱ τε πνευματος̄, cum praecedentibus uno tenore fluentis, vertens participium Δεσ̄ reddat per  
*præ-*

Quorsum  
spectet E-  
nunciatio:  
qui nos ad id  
condidit, est  
Deus.

(14) Vides ex contextu, *mortalitatem* jungi cum *nuditate*, mortalitatis signo, & *vitam sempiternam* cum *induvio splendoris caelestis*, vitæ perennantis argumento: ex qua unius ad aliud relatione, unius cum alio commutatione, arctus inter utrumque patescit nexus, quem supra me tangere memini, lucem, corpus Adami in statu innocentiae amicientem, ut auspiciam atque insigne vitæ ejus immortalis considerantem: de cujus vitæ immortalis, in caelesti paradiso consummandæ, amissione testabatur lucidi indumenti amissio, seu *nuditas*, peccato perpetrato in corpore Adami & Evæ conspicua illico, ab iisque cum pudore & horrore conspecta. Hæc *nuditas* cum eaque *mortalitas* absorbebitur; cum in corporibus, in vitam revocatis, splendor, peccato amissus, cum cumulo etiam & augmento fulgoris, eaque in gloria restituetur, ut nuditas cum eaque mortalitas splendore isto non tam amicta, quam quasi *absorpra*, videatur, & corpus in meram, meram, lucem conversum. Quod non solum granditas figuræ, ab Apostolo adhibitæ, insinuat, sed plane etiam & aptissime ab eodem docetur Apostolo Phil. III, 21.

præteritum, dedit, τὸ κατεργασαμενος item per tempus præteritum, paravit, reddere debuerat.

Quonam modo Deus Apostolum & fidei ipsius confortes ad gloriam, ante dictam, paravit? An factum hoc, dicemus, in æterna eorum ad hanc gloriam prædestinatione? Verum hoc omnino est: sed negandum putem, id verbo κατεργαζομαι significari. Ne unus quidem produci poterit sacrae Scripturae locus, in quo κατεργαζομαι Dei signat decretum. Exprimit Verbum hoc operari atque, ut reapse aliquid fiat, efficere: quin operari & efficere consignat, ubi id, quod faciendum est, aut propter quod aliquid faciendum est, sistitur omnino & perficitur. Rom. VII. de peractione, perfectione, tum boni, tum mali, usurpatur. Apostolus eodem verbo utens, non enim, inquit, sustinuerim quidquam loqui, quod non κατεργασατο per fecerit Christus per me, ad obedientiam gentium, ver bis & factis: virtute signorum ac prodigiorum, virtute Spiritus Dei Rom. XV. 18. Idem Apostolus hortatur converfos & credentes Philipenses, ut suam ipsorum salutem perficiant cum timore ac tremore Phil. II. 13. Exploratio fidei operatur, perficit, tolerantiam Jac. I. 3. Quæ secundum Deum est tristitia κατεργαζεται operatur, operando efficit & perficit, respicientiam ad salutem, cujus nunquam peniteat; at mundi tristitia σαυαρον κατεργαζεται, operatur, reapse producit, consummat, mortem 2 Cor. VII. 10. Verbum κατεργαζομαι (15) quantum novi in Scriptis novi Testamenti,

(15) Κατεργαζομαι in origine conspirat cum Verbo ἔργω, in formatione corporis Adami a Spiritu Sancto usurpato Gen. II. 7. quod proprie valet strinxit, stringendo fixis formavitque. Eadem vis continetur in ἐργω, cujus nativa potestas est, tendendo, urgendo, premendo, cum fluxu, versione, stringo, distringo. Ἐργω in dialectis quoque erat ἐργω

menti, præterquam in hoc nostro loco, 2 Cor. V. 7. de κατεργασια ipsarum personarum non adhibetur. Sine ter-

L

giver-

ἐργω, item ὄργω, οὐργω, ὑργω, nec non ἡργω, ἀργω. Ex ἐργω est ἐργος septum: εργον opus, εργατω, unde εργαζω. Ειργω, spiritu aspero notatum, exponitur *include, include carcere, conicio in carcerem*. Spiritu leni signatum redditur *arceo, prohibeo, veto, excludo*. Videntur hæc duo diversa esse themata propter sdiversos eque diametro oppositos sibi significatus: sed unum sunt thema, distinctionis solummodo gratia alio alioque spiritu insignitum. *Stringere, & speciatim disstringere*, duplicem induit adspectum: unus est *stringendo disstrabere, divellere, dirimere, separare, dispergere*; alter est *stringendo undique adstringere, constringere, & hoc pacto claudere, cingere*. Prior datus ειργω, spiritu leni notato, posterior spiritu aspero interstincto. Virtus urgendi ad utrumque se porrigit. *Urget stringendo adstringens, constringens: Urget item reprimens, removens*. En eandem stirpem, in duos se ramos spargentem. Idea item *reflexionis, torsionis*, dare potuit usum & potestatem *deslectendi, avertendi*: Unde & sub ειργω, spiritu leni signato, adscisci potuit vis *arcendi, prohibendi, vetandi, excludendi*. Immo qui arte undique *concludit*, is eo ipso *excludit, arcer, prohibet*, id, quod in conclusione ista non est comprehensum. Ne diem contorsione, fortiter adstringente, liquores, qui in re, quæ hunc admodum contorquetur, continentur, excludi atque expelli. Ex ειργω, εργω, consentientibus Græce doctis omnibus, est ἐργος septum, vallum, locus nimirum, undique stringendo, constringendo, clausus. Inde quoque ὄργος *jurandum*, qua in voce dilucet vis *stringens, adstringens, constringens, obstringens*, figurate sumta, & in o mutata, quod & factum videas in ὄργων idem, quod ἐργος, notante. Hinc sine dubio descendit priscum vocabulum *borg*, idem in origine, quod ἐργος signat, significante. Vide Cl. *Washreri* Glossarium, qui *borg* iidem ad ἐργος referre non dubitat, & vocem hodiernam *Kirch*, Belgis *Kerk*, Anglis *Churg*, (quod sane est ipsum *borg*, h more antiquo ut ch pronuntiato) ex *borg, chorg, churg*, facile formatam esse, arbitratur, & recte quidem arbitratur; cum, quod & ipse annotat, ante Christiana tempora delubrum & lacerium Deorum in omnibus pene Germanorum dialectis sit *borg*. Non sane morabitur harum rerum peritos differitas, quæ inter *borg* & *Kirch* videtur intercedere, quæ in h, ut ch pronuntiata, &

k exi-

giverfatione etiam, credo, concedetur, in dictione istac commemorabilem residere emphafiu. Ita de figulo dici potest,

k exigua & frequens. Quid adhæc in dialectis frequentius, quam o mutari in v, & v abire in i, quod sexcentis exemplis poffet comprobari, inque dialectis confiet at Græcorum. Immo in Lingua Anglofaxonica, notante Somnero, citato quoque a Cl. Wachtero, *berg* erat lupereal, facrarium, *bearge*, *bearb*, fanum, lucus. Nec dubitandum, quin huc referendum fit vocabulum *orcus*, quo & Becmannus illud retulit. Mirum fanæ, in re liquida & in alia & diverfa iviffe Etymologos, & *Voffium* hujus vocis venam in Lingua Hebræa quæfiviffe, &, ut quidem opinatur, inveniffe. Ex eodem fonte Græco, vel potius antiquo themate, Græcis & Germanicæ linguæ parentibus communi, *ἐργω*, *ἐργω*, unde *ἐργος*, manavit *ferch*, quod *pferch* folet scribi, locus feptus, fepe *ſtrichte claufus*, vox, monente Wachtero, Celtica, Armoricis *parc*. *Pearroc* Anglofaxonibus est feptum, circus, clathrum. *Serg* est ipfiffimum *ἐργος*, præpoſito digammate Eolico. Quod miror effugiffe Wachterum, qui tamen vocabulum *borg* inde deducit, & *pferch* a *Bergen* repetit. Ipſum hoc verbum *bergen* ortum ſuum traxit ex *ἐργω*, *ἐργω*, ſpiritu ſ, w, in h converfo. De quo non putem dubitandum, cum eadem notiones, quas in *ἐργω* demonſtro, *arcendi* ſcilicet & *regendi*, aliæque cum eis connexæ, *muniendi*, *condendi*, quas Wachterus collegit & exhibet, in Verbo *bergen* ſe conſpiciendas præbeant. Eandem ſcaturiginem præ ſe fert vocabulum aliud Germanicum *erker*, projectura ædificii, Lat. *harb*, *arcora*. Forte, inquit Wachterus ad vocem *erker*, ab *arcus*, quia olim erat rotunda, quod videtur probari *Cangio*, vel ab *arcuta*, quod mallet *Friſebius*. Mihi hæ voces omnes veniunt ex una ſtripe *ἐργω*, *ἐργω*, *ἀργω*, *rendendo*, *urgendo*, cum *torſione* *stringo*, *diſtringo*, undique *stringendo*, *conſtringendo*, *claudo*, *cingo*: vel etiam, ſi placet, *ſtringendo* *diſtrabo*, *dirimo*, *projicio*: qua ratione *projecturam* diceret ædificii. Mutetur ſpiritus in ſibilum, & habes *farg*, *farc*, *loculus*, *ſtrichte claufus*, quod, credo, magis placebit, quam Wachteri *σαρκοφαγος*, *carnivorus*, quæ est arca mortuorum, debita magis poetarum & rhetorum ingenio, periphraſis, quam nativa nominatio.

Animadverſionem meretur vocabulum *Arg*, quod & hic patriam habere ſuam, non dubito. *Arg*, notante Wachtero, primum est *piger*,  
igna.



potest, quod sit *κατεργαζομενος τα σκευη*, vasa efficiat, elaboret, quum lutum tractat & subigit, ex eoque vasa format.

L 2

mat.

*ignavus*, Græcis, addit, *αργος*, Anglosaxonibus *earg*. *Verel*, in Ind. *argur*, *ignavus*, *rimidus*. Hic sensus, subjungit, totus est Græcus, (respicens vocem Græcam *αργος*) & ab illo Anglosaxones habent *eargian*, *torpescere*. *Arg* secundo est *malus*, *pravus*, Islandis *ergi*. Argutulum hic promit *Wachterus* etymon, ex a intensivo & *rück* tergum, ut signet *perversum*. Mihi utrique significatui fontem præstat *εργω*, *εργω*, *tendendo*, *urgendo*, cum *torfione* *stringo*, *disstringo*. Potestas *torquendi* dat *ignavum*, *pigrum*, *rimidum*, se videlicet huc illuc *torquentem*, in uno *versantem* loco, *moras neclentem*, nec procedentem proficientemque. Valida *adstrictio* dat quoque *torpentem*, qui quasi *metu constrictus* hæret: Unde & Græcum *αργος*, *piger*, *otiosus*, non inepte repetieris, ut necesse non sit ex *a* privativo & *εργον* illud arcessere. Quæ etymologia, utut pervagata & extra dubitationis posita aleam videatur, per id intuta reddiatur, quin labefactatur quod ex usu linguæ dici debuisset *ανεργος*, *v* interposita: ut in aliis ejusdem generis vocibus id observatum. Neque dubito vocis Germanicæ *Surcht*, *Jorcht*, Anglosax. *Forht*, inde repetendam esse originem. Ex *αργος*, *οργος*, in unam syllabam contracto, præposito digaminate Æolico, & ultima litera *ς* in *t* mutata, qua mutatione nihil frequentius, prodit *forge*. Si quis mavelit, *v* more *Dorum* in *d* mutatam, is me non habebit repugnantem. Spiritus asper in *εργω*, *εργω*, nimirum *ch*, *g*, ore & more Gallico pronunciatus, dat *schrek*, *schrik*, terror, pavor, canina, quod creberrime factum, ante præcedentem vocalem retracta. Per eandem viam habes *schräge*, obliquus; habes *scherge*, lictor, urgendo, stringendo, pellens, impellens, compellens. *Pellere* est *versare*, *volvere*, a *πελω*, premendo verto, verso, versando pello, impello, compello: admoveo, adpropinquare facio. *πελω* in præf. formæ mediæ est *πεπολα*, unde *πολω*, quod habes in compositis, forma productio: *πολεω*, verto, verso, *versor*: item *avo*, q. d. vertere, versare, terram: item *pasco*, q. d. propellere, circumagere, vel etiam premere, constipare, pascere, compescere gregem, a *πaw* premendo *stipo*, *constipo*. Habet ergo in primaria notione conspicuam cum *εργω*, *εργω*, adfinitatem. Et veluti

mat. Nervus, qui, ut dixi, in hac sentitur dict'one, non-  
nullos commovit interpretes, ut verbum κατεργαζομαι  
ver-

luti a παω processit pascō & pastor, ita æquo sane jure ab ἐργω, ἐρ-  
γω, in dial. Æolica ἐρζω, ἐρδω, (quod occurrit apud Homerum & in  
lexicis exponitur facio; item facio rem sacram, sacrifico, unde præposi-  
to w werden) procedere potuit & processisse mihi videtur herder, hirt.  
A πολω, ut & hoc in transitu addam, bellum græcis πολεμος  
dictum, quod verrat, verset, omnia. In ἐργω, urgendo, cum flexu,  
intorsione, contorsione, stringo, distingo, inventum mihi tandem, diu  
quaesitum, vocabulum Krieg, in origine sic conveniens cum Græcorum  
πολεμος, ch, g, ex spiritu aspero Græco adsumta. Kriegen, capere, accipe-  
re, ex eodem fluxit fonte, q. d. manu districta & stringente tenere, obti-  
nere, erhalten. Scherge, unde affinis virtus Græci Verbi, πελω,  
πολω, πολεω, me distinxit, Wachterus derivat a Schergen, trudere, pel-  
lere, impellere, & hoc arcessit ab urgeo, præposito sibilo. Mihi utrumque  
ex una manavit scaturigine. Vim hominis representat Gallicum Sergeant,  
urgens, urgendo impellens, compellens, commilitones ad officium. Ra-  
dicem, Verbum nimirum Schergen, hodie, dicit Wachterus, custodiunt  
Misnici & Silesii, dum cæteris Germanis obsolescit. Frequenter in hac  
nostra regione, & vicinis, in Verbo Schörgen, vehiculo trusatili transmo-  
vere, quale vehiculum urgendo, premendo, impellitur, propellitur, &  
Schörgstarr vocitatur. Neque improbable mihi fit ex ἐργω, ἐργω,  
ὄργω, unde certe urgeo & fergen, eadem via Germanicum ferdern &  
Gallicum foreiren, fortassis etiam Latinum fortis, suum traxisse ortum. Ad-  
de Bord margo, apud Belgas quoque orbis: f cum b, ejusdem organi li-  
tera, commutata, uti Krefz, Krebs, &c. de voce Latina orbis deinceps.  
Argos notat quoque albus. Quæ potestas ex precedente timidi, metu  
constricti, quales homines pallefcunt, commode satis manavit. Ab αργος,  
pallidus, albus, est argentum: veluti in lingua Hebræa אַרְגֵּם argentum a  
pallore id nominis invenit a radice אַרְגַּ, desideravit, vehementer appetivit,  
proprie pallidus fuit. Pallere amore argenti est apud Horatianum pro ma-  
gna argenti cupiditate teneri. Altera potestas mali, pravi, a torquen-  
do, vertendo, versando, profecta: ut hanc in partem consonent vo-  
ces, perversus, pravus. Arg pro homine callido frequentatur in lingua  
præ-

verbo creare, condere, converterint. *Qui ad hoc ipsum nos creavit, condidit, est Deus.* Idque ipsum compluribus me-

L 3

dita-

praesertim Belgica, hinc *Arglist*, dolus malus. Vim nativam repraesentat *versutus*, a *verto*, *versum*, *versus*.

Ex *εργω*, *εργω*, in praet. formae mediae *οργα*, com mode explicabis *οργυρα*, spatium interjectum vel inter pedes divaricantes vel manus ambas expansas ex potestate *distringendi*, quatenus consignat *stringendo distrahere, dirimere*. Nam huc vocabulum caecum *Arbiter* sit referendum, non audeo adfirmare. *Εργω*, *εργω*, dialecto Attica *αρβω*. Analogia permittebat ex *αρβω*, forma productiore, Graecis pertrita & familiarissima, *αρβω*, formare *arbiter*: Qua ratione *arbiter* signaret *dirimantorem* litium, quod & Germanicum nostrum *Scheidsmann* exprimit. Germanicum *weigern*, renuere, recusare, cognationem suam cum *εργω*, arceo, prohibeo, excludo, facilius, opinor, tuebitur, quam etyma *εκ*, *εχ*, *εχι*, *εχ* *αρα* quae *Wachterus* profert.

Vim tendendo, premendo, urgendi, sistit ipsum Verbum *urgeo*, *urquo*, quod est apud *Lucretium*: Priscum thema fuit *urgo*, ex *εργω*, *οργω*, desumptum. Sistit eandem vim Germanicum *fergen*, *bergen* apud Belgas praesertim in usu. Vid. Cl. *Wachteri* Glossarium ad Verbum *würgen*. *Sergen* valet tendendo premere, urgere, instare. Ex *fergen*, *Anglosaxonibus*, *fregian*, *frignian* (Conf. *Vringen*, *Wringen*, quod exponitur a *Wachtero*, flectere, torquere, stringere: *junge ideas, torquendo stringere*, quod ipsum *Virtutem* thematis Graeci, *εργω*, adscita post γ litera υ, quod in multis alijs facitatum, repraesentat) Suecis *fræga*, puto per metathesin, quae in lingua R facilis & crebra, nec Graecis infusa, processisse *fragen*, *fragen*. Sistit vim eandem & oculis ingerit Verbum *würgen*, *wörgen*, strangulare, item premere, plena potestate, premendo adstringere, constringere, stringendo claudere. Quid est *strangulare*? nonne fauces premendo, constringendo, animam intercludere? Latini hunc in usum Verba *interpretare*, *prastringere*, *interstringere*, usurpant. *Wachterus* notionem *premedi* arcessit a Latino Verbo *urgeo*. Ego utramque ex eodem fonte, quem modo aperui, derivo. Prafixa est litera W. quae aperte assumta in *Werck opus*, quod omnium Etymologorum consensu referatur ad *εργον opus*, quod tendendo, premendo, ur-

gen-

ditionibus sacris anam posse dare. Jam modo ad id ipsum conditi possumus reputari in confectione atque elaboratione

gendo, stringendo, torquendo, distringendo, conficitur, & premit, stringit, distringit, facientem. Anglosaxonibus figulus nominabatur *tygel-wyrcha* a *tygel* testa, & *wyrcan*, facere, parare: Francis *leimo-wurbto*, a *leim*, lutum, argilla. *Werc* etiam est stupa, vel a *distringendo*, quatenus significat stringendo distrahere, divellere, separare: *distrabitur*, *dive litur*, a *lino*: vel a *torquendo*, *contorquendo*, cum contorsione plicando, complicando, implicando. Unde *wärden* non tantum notat operari, opus facere, sed etiam *texere*, *telam facere*. Notio *torisionis*, *incurvationis*, prostat in Latino Verbo *vergo*, præposito digammate *Eolico*. Prostat in *urbus* & *orbis*. Utrumque ex *εργω*, in præf. formæ mediæ *εργα*, Attica dialecto, *γ* in *β* mutante, *urbus*, *orbis*. Hinc & *Urbs* profecta, locum signans, *stricte clausum* & munimento circum. *Urbare*, *urvere*, in vetere lingua notavit *cingere*. Hæc originitio mihi simplicior videtur, quam ea, quæ vocabulum *urbis* ab *urbum*, curvatura aratri, deducit. *Arceo* in origine conspirat cum *εργω*, *εργω*, quod in dialectis quoque erat *αργω*, & utramque hujus Verbi vim, in *distringendo* sitam, complectitur & exhibet, notans tum *stringendo adstringere*, *constringere*, cogere, undique *stringendo claudere*, *cingere*, quam vim cernis in *arctus* pro *arcinus*, ex *arceo*, *arctui*, *arctium*, per syncopen *arctum*: cernis in *arceva*, curram undique clausum signante apud *Varronem*, qui ab *arca* ob similitudinem, sed minus commode, arcessit: (*Arcesso*, ab *arceo* propagatum, accitum infert, qui vi quadam urgente, stringente, cogente, peragitur: etiam si in usu, ut fieri solet, nervus iste non perpetuo attenderetur) tum *stringendo distrabere*, *dirimere*, unde & *excludendi*, *arcendi*, notio emerit. In Germanorum dialectis in usu quoque fuit *wergen*, notans arcere, prohibere, idemque, quod *weren*. *Arce*, *arx*, *Varroni* ab *arcendo* hoste id nominis adepta, sed nec apte minus a *stricte clauso* ita quivit appellari: qua de causa nos *arces* *Εχθρίσιν* nominamus. Consimili ratione *πολις* urbs, item *arx* urbis, a *πολεω*, verso, volvo, id accepisse videtur nominis, non quidem, quod homines ibi *versentur*, nec a *πολις*, quod in urbibus sint *πολλοι* multi, certis legibus juncti, ut habet *Marrinius* in *Cadmo*: Neque etiam tam ea de causa, quod in orbem fere conderentur urbes, sed potius a *compressione* *spisse* *obvolvente*, *consistipante*: Unde & *πολλος*, *πολις*, multus, numerosus,

■ *spis*

tione primi hominis e luto terræ, ex quo Creator corpus finxit, formavit atque adaptavit in domicilium, in quo spiritus, *αἰσως* a Deo creandus, habitaret, in vestem, qua spiritus hic quasi indueretur, & quidem talem in vestem, quæ supervestienda erat cælesti claritate & gloria, reque ipsa una cum inflatu spiritus vitæ ea supervestiebatur.

Si Adami creationem tibi proponis ut effigiem & typum creationis mysticæ: hæc electos in Christo elaborans adaptansque ad vitam æternam, ut typo respondeat anti-typus, corpora eorum æque superinduct veste gloriæ divinæ, ac illa in Adami fecerat corpore, a Creatore suo in imaginem & secundum similitudinem suam conformato.

Qua

a *spisso*, confipato, denso. Quam notionem expressam habes in cognato *πυλω*. Quemadmodum in lingua Hebraica *כך* multus, copiosus, magnus, venit a radice *ככך* proprie *spissus* fuit. Ita a *πολω*, unde productior forma *πολωω*, est *πολωος*, *puls*, *pulmentum*, versando, volvendo, circumagendo, spissatum: & *πελωος* *niger*, a *πελω*, versando, volvendo, confipato, compingo, quia color est *compactissimus*. Naturam vocis ad finis *πυλωος* *lutum*, unde processit *πλασσω* *more figuli fingo, formo*, in Orig. L. Græcæ explanabo. In voce Germanica *frag*, collare, habes rursus id, quod intortum, & *stricte claudis* undique, spiritu aspero *ch* cum *k*, ejusdem organi litera, commutato.

Ad ipsam hunc fontem Græcum *εργω*, *εργω*, refero Germanicum *Warg*, exul, pago expulsus: Quæ vox postea ad omnes sceleratos & infames tradata est. Vid. *Wachteri Glossarium*. Unde *larroni* id nominis datum: Alia dialecto, literam caninam, quod in compluribus aliis vocibus factum, transponente, *Wrak*. Habes hic natale solum vocabuli Belgici *wrake*, *vraake*, vindicta, unde dimissa *W*, Germanicum *Rache*, proprie notans *depulsionem, propulsationem*, vim injuriamve, vel illatam jam, vel inferri paratam, *arcentem*, reprimentemque. Quo pacto convenit cum *επι-κησις*, & Latinorum *vindicta*. Ex collatione etymorum Germanicorum, quæ declarandæ & stabilindæ nativæ potestatis Verbi Græci *εργω* gratia in medium dedi, cum illis, quæ Cl. *Wachterus* profert, patefcit, opinor, quam ampla seges mihi sit relicta, supplementa ad *Wachteri Glossarium* Germanicum paranti.

Qua ratione Deus eos tunc jam, cum principem totius generis humani formaret parentem in imaginem secundum similitudinem suam, ad gloriam istam, quam Apostolus corporibus despondet credentium, dici sane potest condidisse & quasi elaboravisse.

Explicatius: Deus Adamum & in eo universum ejus genus condidisse potest censei & condidit revera ad gloriam, in animis non tantum, sed quoque in corpore, lucentem & conspicuam. Et reapse quoque in utriusque gloriæ initiis & limine primum hominem, à se conditum, posuit. Peccato quidem intercudit hæc omnis & interna & externa gloria. Verum enim vero sine suo Deus non potest excidere. Quod peccato amissum erat, id omne teconomia gratiæ seu nova creatione restitui omnino debet & restituitur. Defectus, peccato investiti, e medio tolluntur omnes. Ergo nuditas quoque tolli debet tum mentis, tum corporis. Ergo mens plane conformari rursus debet ad Dei similitudinem, corpus ex morte resuscitari, veste gloriæ superindui, ita ut conforme fiat glorioso corpori JESU Christi. Quo simplice respectu expeditus & adprime nervosus simul est Apostoli sermo, demonstrationem suam ad primum principium & seminarium referentis.

Nec puta insolitum, quod hoc Apostoli dictum ad primi hominis creationem referam. Retulerunt & alii. Retulit doctissimus Beza (16). Id quam magno jure & nervo fecerit Apostolus, meæ sigillatim observationes demonstrant.

§. XXIII.

(16) Verba Bezae in Annotationibus in N. Test. hæc sunt: *Qui condidit, ὁ καταργασαμενος*, id est, ὁ κτισας, sive ὁ διαπλασασαμενος, ut recte explicant Græca scholia. Hoc enim referendum esse ad primam illam corporis fabricationem, ostendit Verbum *εργαζισθαι*, id est, *operari*, ut significetur, Deum ad hunc ipsum finem condidisse suorum electorum corpora, ut ea aliquando caelesti illa immortalitate inderet, cujus

§. XXIII. Lustratis huc usque Scripturæ locis adjuncto insignem cum maxime Contextum Phil. II. 5-11. in cuius sensu investigando librorum sacrorum interpretes varias & magnopere differentes ingressos video vias, multumque, ut is constaret, dedisse operæ: nec tamen veram vim omnium, occurrentium in eo, locutionum, locutionis cum primis, *non duxit rapinam, parem esse cum Deo*, meo quidem iudicio, sunt adsecuti. Meam in antecessum de ea proferam sententiam. Ος (Χριστος Ιησους) εν μορφη Θεου υπαρχων, εχ' αειπαγωμον ηγνησατο το ειναι ισα Θεω vñ. 6. Adsumimus cum optimis interpretibus, dictione, *ειναι ισα Θεω*, honorem & gloriam, summo Numini, tamquam creatori & domino omnium rerum competentem, adeoque verum, vero Deo proprium, honorem, cultum, venerationem summam, designari. Quo autem modo Christus Iesus usurpationem gloriæ hujus *non duxerit pro rapina*, de eo vehementer discrepant Eruditorum sententiæ: quas, ne nimium excurrat sermo, nec recenseo, nec examini subijcio. Tantummodo, quid ego de dictione ista existimem, paucis aperiam.

Competens supremo Numini honor, gloria & venerationis, quæ per το ειναι ισα Θεω exprimitur, insolubili nexu continetur cum populo rationalium creaturarum, quæ in Contextu nostro sunt homines, quos diabolus per summam fraudem & malitiam a Deo, Creatore & legitimo

M

ipso-

cujus arrham habent Spiritum sanctum in ipsis tam efficaciter agentem. Alioqui dixisset potius, εβεγησας εν ημιν. Et ad vs. 3. hæc habet: Nam, inquit Apostolus, non manebimus corpore exuti: sed etiam hoc nostrum corpus in cælo induetur, immortalitatis videlicet gloria, & alludere mihi videtur Paulus ad Adami pudendam nuditatem: cui opponitur gloria Christi amictus — ut hæc sit sententia, destruendum esse tabernaculum morte, sed ita tamen, ut non pereat: imo ut corruptibilitate deposita, restitatur nobis immortalitate induendum.

Contextus  
Phil II. 5-11  
figillatim  
expenditur,  
& phrasæ,  
in eo occur-  
rentes, enu-  
cleantur.

Explicatio  
phrasæ, non  
duxit pro ra-  
pina, Deo ef-  
se parem.

ipforum domino averterat, inque ditionem ac potestatem suam redegerat, adeoque Deo quasi surripuerat. Vid. Jes. XLIX. 24. 25. Ubi tamquam spoliū infernalis genii proponuntur. *An auferetur a robusto captura? an etiam captiva turba iusti eriperetur? Quin, sic ait Jehovah, & turba captiva robusti auferetur, & captura violenti eripietur.* Satis itaque tuto assumere possumus, quod cum divino honore, veneratione & gloria, individuo nexu cohæret, immo honoris huius est basis, id etiam in repræsentatione, quam Apostolus, hæc scribens, apud animum proponebat, connexum fuisse. Quæ ergo repræsentatio in totum hæc fuit: Qui (Iesus Christus) cum esset in divina forma, homines, naturali & legitimo dominio suo diaboli fraudibus subductos & raptos, subque raptoris imperium reductos, quos tamquam populum peculiarem possessurus erat, quosque in loco rapinæ habere potuisset, adeoque eos sine ambagibus nuda potentiæ suæ & gloriæ usura, maximo, ipsosque inter homines usitato & adprobato, jure, diabolo eripere rursus, in eisdemque denuo majestatis & gloriæ suæ solium erigere, omnesque divinos honores recipere potuisset, *non tamen duxit in rapina*, quam dictum ad modum solo potentissimi roboris sui usu, in ejusdemque demonstrationem, iterum in populum peculii sibi vindicaret: verum enim vero ad populum istum habendum, semet ipse exinaniniebat, jure suo & potentia, qua præpollebat, & sibi omnia valet subjicere, nolebat uti, quemadmodum facere sine violatione juris potuisset: adsumebat formam servi &c. Apostolus in enunciatione sua partem omittit repræsentati tunc, cum hæc scriberet, in animo ipsius argumenti, mentionem tantum faciens honoris, qui infecutus fuisset, si peculum suum, a diabolo sibi raptum, rapinæ in loco ducere, idque ex hoc capite occupare iterum & vindicare voluisset, quem vero honorem hæc, ut ut *facili, via procurare sibi noluerit. Non vero opus est*

ani-



animi contentione nec longa cogitatione ad expletionem partis cogitationum, ab Apostolo in enunciatione prætermissarum, adsequendam. Consequitur Deus divinos honores, divinam gloriam, per creaturas suas & in creaturis suis rationalibus; quando gloriam in illis suam manifestat, easdemque, ut gloriam suam cognoscant, æstiment, ament, venerentur, componit. Id nemo unus negare vult, nec poterit negare, nisi nexus harum rerum prorsus ignarus. Homines si in statu, in quo conditi erant primitus, permansissent; Deus ab illis ut Deus fuisset cultus, honoremque & gloriam, Deo competentem, accepisset. Defectio hanc Deo gloriam rapuit, ubi creaturæ rationales, quæ Deum glorificare debebant & poterant, in potestatem venerunt principis tenebrarum & Creatoris sui amiserunt imaginem. Hic honos, hæc gloria, Deo surrepta, non aliter restituitur, denuoque obtinetur, quam si in ipsis illis hominibus, quos nefarius & terribilissimus prædator Deo subtractos imperio suo subjecerat, opera diaboli destruantur, Deique restituatur imago. Ubiunque etiam Dei quaeratur honor & gloria, ubique ea ad creaturas rationales, quæ in terra sunt homines, necessariam habet relationem, quæ vel primum ad Dei creaturam erant imaginem, vel ad eandem renovantur, sive id fiat solo exercitio magnitudinis virium, qua sibi subicere potest omnia, quo in casu Creator hominum infernali tyranno & usurpatori homines, ab ipso raptos, simulque subtractum sibi honorem & gloriam divinam, recta via, sine molestia, labore & sudore, vindicaret in pristinumque statum restitueret: sive via redemptionis per sufficiens lytron, pro captivis solvendum. In utroque casu Liberator & Restitutor redemptorum peccatorum summum honorem, gloriam divinam, recepturus esset. Filius Dei si per viam priorem restitutionem hominum sibi ereptorum effectam voluisset dare, pro rapina eos habens, quam jure vindicare poterat, id fecisset

& facere omnino potuisset, adeoque hac ipsa via honorem & gloriam, divinæ parem, sibi procurasset. Verum si constet, Eum in restituendis, raptis sibi a diabolo, subditis hanc non voluisse ingredi viam: nonne in conciso scribendi genere dici poterat, non duxit rapinam, *ειναι ισα Θεω*, pro, populum raptorum sibi hominum, quorum restitutione & renovatione summum honorem, gloriam, divinæ parem, erat consecuturus, non duxit rapinam, non ut peculium, sibi ereptum, voluit vindicare, ad quod efficiendum factò nihil amplius fuisset opus, quam ut vires, quas in manibus habebat, potentiam, qua antea mundum, & quidquid in eo est, condiderat, solummodo adhibuisset.

Emphasis:  
locutionis,  
*ὑπαρχων*  
in *μορφη*  
*Θεου*.

Postremum hoc indicatur per verba proxime præcedentia, *ὅς ὑπαρχων εν μορφη Θεου*, qui existens vel subsistens in forma Dei, quæ cum sequentibus, non duxit rapinam, in honore esse, divino per omnia pari, arcto vinculo coherent. *Μορφη Θεου* & *μορφη δουλου*, forma Dei, & forma servi, quam vl. 7. Christus JESUS dicitur assumpsisse, sibi invicem sunt oppositæ. Quemadmodum nunc forma servi non tam essentiam, quam quidem conditionem, qualitatem, adpectum, statum humilem, tenuem, vilem, abjectum, servi signat: ita consimiliter *μορφη Θεου* non tam naturam Dei, etiamsi ea non excluditur & certissime supponitur, quam potius gloriam, majestatem, magnificentiam, in qua Deus se ut Deum, ut Elohim, manifestat, consignabit. Christus JESUS fuerat in hac forma Dei, in ea se patefecerat, cum mundum crearet, quo æternam potentiam suam & divinitatem in apricum protulerat, & cum primis in gloriosis apparitionibus suis, illa quoque, quæ obtinuit, cum hominem & internum & externum conderet in imaginem secundum similitudinem suam. Et in hac forma Dei Christus JESUS, cum homo fieret & formam in-

due-

dueret servi, erat ὑπαρχων (17) *subsistens*. Qui & qualis fuerat in creatione univervi & hominis fuerat olim, is idem-

M 3

(17) ὑπαρχων ex ὑπο & αρχω. Origo Verbi αρχω collocatur in αρχη. Αρχη exponitur principium, exordium, initium, fundamentum. 1. Principatus, imperium, dominatus, magistratus. 3. Causa, origo. Indoles nativa vocabuli Αρχη mihi videtur in eo, quod *fundamentum* signat, residere. *Fundamentum* venit a *fundare*, *fundatum*: veluti *sestamentum* formatum a *restatum*, *vestimentum* a *vestitum*, *indumentum* ab *indutum*. *Fundo*, *fundare*, dirivant Etymologi a *fundus*. *Fundus*, *fundo*, communem cum χορδος *grumosus*, ubi partes inter se continentur, unde nomen substantivum χορδος *grumus concretus*, item *cartilago*, videtur habere originem, in *continendo*, *firmiter retinendo*, sitam, Germanicum *Grund* in voce hac Græca manifesto satis comparat: retractionem literæ caninæ commoda vocabuli in unam syllabam comprehensio fere faciebat necessariam. Dialectus Æolica, omissa ρ, ad essentialiam vocis non pertinente, dabat φονδος, φυνδος, quod est ipsissimum *fundus*. Et in πυνδαξ, si ad vocem hanc referre mavelis *fundus*, firma sedet subsistentia. Græcum vocabulum αρχη mihi processit ab αρχω, *compingendo apto*, vel *apte compingo*, veluti αυχος *siccitas* ab αυω *siccus*, ψηχω *rado*, *frico*, a ψαω, &c. *Fundamenta* sunt *compacta*, hinc *firma*, *subsistentia*. Hebræis *fundamentum* est יָסֵד, quod confertur cum Arabico يَسَد contractus in se, *compactus*, *fuit*. Græcorum βασει descendit a prisco themate βαω, *conniti*, cum nisu *premere*, *comprimere*, & hoc pacto *stipare*, *constipare*, *densare*, *compingere*: quod alio demonstrabo loco. A notione *fundamenti* manavit, opinor, usus *principii*: quoniam *fundamenta*, quibus ædificia superstruntur, primum poni solent. Principatus imperiivæ potestatis profuere etiam potuit e *compacto*, *firmo*, *solido*, ut *firma*, *solida*, potestate & auctoritate statuendi, imperandi, valentem demoter. ὑπαρχω consignat initium rei do: item *sum*, *existo*. Ex priore notione ὑπαρχων potest *creatorem* notare, rei existendi dantem initium: ex altera *subsistentem*, a *compacta* *soliditate*, unde *firmitas* in *consistendo*, *subsistendo*. In nomine *Elohim* prius, posterius in nomine *Jehova*, contineri, deinceps dicenda declarabunt.

idemque erat etiamnum, Dominus nimirum gloriæ, *Jehova*, subsistens, *Elobim*: quibus nominibus Creator mundi & hominis *capite secundo geneſeos* conſtanter inſignitur, indeque Apoſtolo anſa potuit ſubministrari, Chriſtum JEſum inducendi ut *ὑπαρχοντα εν Θεω μορφη*, hacque diſtione utrumque illud nomen, *Jehova Elobim*, exprimendi. Vis nominis *Jehova* clare ſatis tralucet in *ὑπαρχων*. Nomen *Elobim* ad glorioſas & venerabiles Numinis apparitiones reſpectum habere, infra docebo.

Potuiſſet itaque Chriſtus JEſus, dummodo voluiſſet, in aſſociata ſibi humana natura glorioſa apparere inter homines & cum publica æternæ potentie & gloriæ ſuæ demonſtratione diabolo rapinam ſuam eripere; ſi homines, quos reſtituere & ſalvare intendebat, pro rapina ducere, tamquam ſpolium, ſibi raptum, vindicare voluiſſet. Verum enim vero non ducebat eos, non ducebat honorem, cum reſtitutione eorum inſolubili nexu conjunctum, pro rapina, quam dictum ad modum diabolo eripere ruriſus & manu forti adſerere ſibi volebat. Sed vero ſemet ipſe maxima ſua ſponte exinaniniebat. Concedebat de jure, de poteſtate, quæ ipſi ſine controverſia, ut Creatori & ſupremo omnium rerum Domino, competeſtat. Aſſumebat formam ſervi, *εν ὁμοιωματι ανθρωπων γενομενος και σχηματι εὑρεθης ὡς ανθρωπος*, ſimilis hominibus factus, & habitu inventus ut homo.

Diſtictio, natus in ſimilitudine hominum, & habitu inventus, ſicut homo, quorſum tendat, & quid ſignificet.

§. XXIV. *εν ὁμοιωματι ανθρωπων γενομενος* Hebraice enunciare *בדמות אדם* vel *בדמות בני אדם*, & hunc ipſum, qui Gen. V. 1. 3. habetur, Hebraiſmum Paulus expreſſiſſe videtur, quando Chriſtum JEſum dixit *γενομενον εν ὁμοιωματι ανθρωπων*, naturam in ſimilitudine hominum. Notatam ſupra vim præfixi *betb*, cujus vicem in diſtione Græca ſupplet præpoſitio *εν*; ſi ſimul huc transferri placeat, *εν ὁμοιωματι ανθρωπων γενομενος* valeret, natus in omnimoda ſimi-

similitudine hominum, omnino planeque similis hominibus, ita ut inter Christum Jesum & alios quoscunque homines nihil appareret differentiae: adeoque Paulus Apostolus phrasi hac, ad Hebraicum modulum conformata, eandem exprimeret ideam, quam in epistola ad Hebraeos repraesentat, Christum *in omnibus similem debere fieri fratribus suis, excepto peccato*, condocens Heb. II. 17. IV. 15. LXX. Gen. I. 26. דמות vertunt per ὁμοιωσιν, sanctus Paulus utitur voce synonyma, ὁμοιωμα. Gen. V. 3. iidem Graeci interpretes vertunt per *idea*, quae vox *speciem* notat, quae *videri* potest, item *modum rei, habitudinem*, quam & σχημα posses nominare. Gen. I. 26. דמות, *similitudo*, habitus erat, quem Creator, cum hominem conderet, in assumpta tum ab ipso humani corporis forma praeseferbat, de quo formato a se corpori Adami, ad nuditatem ejus oculis subtrahendam, αποσπασμα, ut ita loquar, aut si mavis, απανγασμα impertiebat imprimebatque, in signum lucis cognitionis, sanctitatis, serenitatis, cum spiritu mentis, a Conditore ipsi inspirato, & quasi ex spiritu Dei progenito, communicatae. In lucido hoc corporis Adamici amictu character fulgebat, hominem a reliquis terrae incolis, quibus dominari jubebatur, insignitissime distinguens, character & nota, de immediata hominis ex Deo, Patre luminum & Domino gloriae, origine, de propinquitate & familiaritate, inter Deum & ipsum intercedente, de imaginis divinae in animo ejus praesentia, puritate, gloria, de statu item innocentiae, hilarem ad Deum accessum largiente, attestans. Verum enim vero hoc caelesti decore atque ornamento, quum de arbore interdita comedisset homo, continuo excidit, simulque imaginis, in animo ejus splendentis, periit gloria. In propatulo tunc erat corporis nuditas, tristis nudati item a Dei imagine animi index & testis. Nudus ipse homo sobolem genuit si-

bi similem. Id quod Historicus sacer de *Setho* diferte commemorat Gen. V. 3. Adam autem vixerat triginta & centum annos, quum genuit filium כְּצִלְמוֹ כְּדְמוּתוֹ *in similitudine sua secundum imaginem suam.* Ubi צִלְמוֹ refero ad corporis figuram, qua substantiam, דְמוּת ad habitum ejus & speciem, corpus *nudum* oculis offerentem, quale corpus Adami, commisso peccato, factum. Apostolus, opinor, cum scriberet verba ista, ἐν ὁμοιωματι ἀνθρώπων γενομενος, καὶ σχηματι ἑυρεθεὶς ὡς ἀνθρώπος, hoc præsertim de *Setho* dictum ob oculos habuit, ad cuius formam & sensum orationem suam accommodat. דְמוּת est ἐν ὁμοιωματι. Altero vocabulo, σχηματι, explicat sensum vocis, ὁμοιωμα, indicans se per ὁμοιωμα non intelligere corporis figuram substantialem, ea enim, in se spectata, non pertinet ad Domini κενωσιν, siquidem & jam in cælo eandem gerit, sed ejus *habitum, speciem externam*, quam Græci interpretes ἰδεαν nominant, Apostolus voce σχημα, ad ὁμοιωμα addita, definit. Utrobique certe & Gen. V. 3. & Phil. II. 7. per *similitudinem hominum nuditas*, quæcum omnes nascuntur homines, & Christus JESUS quoque natus est, intelligitur. De Gen. V. 3. supra visum. Nec hærebis in altero loco, præsertim si γενομενος veritas *natus, genitus*: quemadmodum & Gen. V. 3. dicitur, quod Adam genuit כְּדְמוּתוֹ *in similitudine sua*, LXX. vertunt ἐγενετο, quod ipsissimum verbum est, unde γενομενος formatum. Quod illic de *Setho* commemoratur, hoc idem & iisdem fere verbis, eadem verborum forma, de Christo JESU enunciat Apostolus, in eandemque mentem enunciat. Unde me recte colligere puto, ad Gen. V. 3. respexisse Apostolum, ὁμοιωμα & σχημα, *similitudinem habitus*, quem Christus JESUS inde a partu communem habuit cum quiscunque hominibus, proponentem.

Qui

Qui vero de corporum hominum nuditate cogitare potuit Apostolus in eaque Christi JESU κενωσιν animadvertere, nisi simul cogitavisset de nuditatis hujus origine? Et qui hujus revolvere potuit memoriam, ejusque indolem & conditionem perspicere, nisi primi hominis infimul statum ante nuditatem consideravisset, atque ita primi hominis creationem ad Dei imaginem secundum similitudinem ejus sibi posuisset ob oculos? Id facienti eadem illa divina Persona, cujus κενωσιν & ταπεινωσιν depingere instituebat, occurrere debebat ut gloriosus omnium rerum Creator, qui, assumpta humani corporis forma, sed venerabili gloria relucente, indutus, format hominem ad imaginem suam, corpori a se formato spiritum inspirans, quem vitæ suæ spiritualis facit participem, corpus simul, ut ne nudum appareret, pro vestimento luce sua circumfundens.

Ex sublimitate hac in κενωσως & ταπεινωσως abyssos, in quas Christus JESUS se demisit, oculos suos dejecit Apostolus, easdemque epistolam hanc suam lecturis demonstrat. Idem ille gloriosissimus Jehova Elohim, mundi opifex & ædificator, qui cælum consevit innumerabilibus ardentium siderum globis, prata & agros convestit floribus, hominem, ad imaginem gloriæ suæ & ad gloriam suam condidit, at mali spiritus fraudulentia ditioni suæ subductum raptumque, potuerat sane nudo potentia suæ usu vindicare sibi rursus, inque pristinum restituere statum: sed misso hoc liberationis modo, utut expromto & compendiario, ex amore & ad laudem gloriæ Patris sui, ad illiusque illustrandam sanctitatem & justitiam, legumque tuendam & sancendam sacrosanctam auctoritatem, fieri voluit בְּרִמּוֹת בְּנֵי אָדָם, εν ὁμοιωματι και σχηματι ανθρωπων, forma Dei deposita, nasci voluit & natus est in similitudine & schemate isto, in quo homines nascuntur quicunque, in & cum Adamo, a Deo deficiente, e statu dignitatis &

N

glo-

gloriæ, in quo creatio eos posuerat, delapsi, & quod cum maxime respicitur, *nudi*, ornatu amictive, primo ipsorum parenti congenito, destituti, ita, ut hæc corporis nuditas testetur de nuda quoque ab imagine Dei mente, deque mortis, inde fluentis, reatu.

Unde intelligitur, quousque Christus JESUS se exinaverit, *in similitudine hominum*, id est, *nudus, natus*. Non aberat ab anima Servatoris Dei imago. Neque ulla labes dehonefatabat ejus corpus: neque ad eum, utpote non ex Adamo, sed ex muliere sine viro progenitum, pertinebat reatus Adamo, totique generi, naturali generatione ex eo nascituro, communis. Interim quum ad instar aliorum hominum nasceretur nudus; externa ista species faciebat, ut judicaretur de communi sorte hominum, deque indicis & adjunctis nuditatis participare, proque gregario non tantum homine, pro homine, labe originali infecto, & peccatis, ut alii homines omnes, obnoxio putaretur, sed magnorum etiam delictorum & facinorum compos potuerit haberi, inque numero etiam maleficorum poni. Quod ei etiam evenit, & teterrimum mortis supplicium conscivit Esai. LIII. 12. Marc. XV. 28. Luc. XXII. 37. Apostolus disertius hanc in partem animi sui exponit sententiam, quando Deum dicit filium suum misisse *εν ὁμοιωματι σαρκος ἀμαρτίας*, *in similitudine carnis peccati* Rom. VIII. 3.

Si nunc dictioni *ברכות* Gen. V. 3. respondeat dicitio Apostoli, *εν ὁμοιωματι ἀνθρώπων γενομενος*, *in similitudine hominum natus*, & hæc palam de conditione, facie, habitu externo, corporis Christi JESU usurpetur, ipseque Apostolus *ἁμοιωμα* exponat per vocem *σχημα* externum habitum, gestum, cultum, vestem, ornatumque exteriorum, apud Græcos notantem, cum *ὁμοιωματι* certe tanquam vocabulum synonymum conjungat: nonne conveniens erit, ut in Contextu Gen. V. 3. ad quem Apostolus respe-



respexit, dictionem certe ejus adhibet & vim exprimit, **כרמות** de habitu item & schemate externo corporis *Setibi*, in communi nuditate similitudinem corporis parentis præ se ferente, explicemus? Et an aberrabimus a linea, si **וַל. I. כרמות אלהים** in *similitudine Dei*, lingua Apostoli, **ἐν ὁμοιωματι Θεοῦ**, in eandem quoque accipiamus partem, de *schemate* scilicet, habitu externo, quem Adamus in corpore suo in statu primordiali gessit, deficiens autem a Deo amisit, & amittens nuditatem sibi conscivit, quam vsus 3. ad liberos ejus tranfuisse, commonet. Quod si de **כרמות אלהים** hac in fede & serie recte fiat: quis vitio nobis verterit; si **כרמות אלהים** Gen. I. 26. consimilem ad modum de **σχηματος**, habitus, in corpore Adami conspicui, similitudine exponamus? Ubi voces **כרמות אלהים**, *imago, similitudo*, occurrunt in sacra Scriptura, de Dei in homine imagine & similitudine tractante, continuo, quia scilicet sic docti sumus, de imagine & similitudine mere spiritali & invisibili cogitamus, & conceptus nostros ab omni materiali, & quod visibile in corpore, tanquam externum rei alterius signum, esse potuisset, abstrahimus. Certum est, Deum, utpote merum, merum, spiritum, specie visibili, quæ ipsi naturalis & propria sit, carere omnino. Nonne vero eam ad tempus potest assumere? Nonne visibile sanctitatis & gloriæ suæ in ea manifestare & repræsentare signum? Nonne de signo hoc aliquid creaturis suis impertire? Nonne hæc hoc in casu veniunt in similitudinem Dei? Nonne in similitudinem veniunt Dei, quæ pro parte sua visibili usurpari & cerni potest oculis? Non jam loquar rursus de facie Moïsis, cui Gloria Dei in monte (& in ea conspicuam fuisse humani corporis speciem, *facies, manus, posteriora*, declarant Exod. XXXIII. 18-23.) de splendore suo communicabat, etiam si & hæc Deo non erat propria.

Annotatiuncula in Effatum Davidis  
 Ps. XVII. 15.

§. XXV. Adspergam hic solummodo ὡς ἐν παραδοξῶ adnotatiunculam in effatum Davidis Ps. XVII. 15. *Ego in iustitia videbo vultum tuum: satiabor, quum expergiscar, similitudine tua.* Priori membro regius Psaltes beatitudinem proponit, quam sperabat in immediata Dei fruitione animam suam consecuturam, custodiis corporis liberatam. Altero membro mentionem facit beatitudinis & gloriæ, ad quam, mortuo corpore suo ex morte resuscitato denuoque cum mente conjuncto, se perventurum, confidit.

Beatitudinem ipsam Psaltes regius exprimit, se *satiatum iri*, edicens, hoc est, se plenam adepturum beatitudinem, in cujus possessione & fruitione desideria sua complerentur & tranquillarentur omnia.

Causa ponitur in *Dei imagine*. An hic rursus mere spiritualis putatur imago? Hæc sane jam ante expergefactionem e somno mortis in anima, ad immediatam Dei fruitionem admittenda, debuit adfuisse. Hanc beatitudinis consummationem ad corpus certe specialem oportuit habere schesin, quoniam cum expergefactione ejus e somno mortis connectitur. Imago in corpore supponit corporale exemplar, cui facta secundum illud imago similis est. Quale exemplar esse potest vel assumpta vel propria materialis species.

De simillima Dei imagine, quæ Gen. I. 26. binis vocabulis עֶלֶם & דְּמוּתֵי explanatur, pius Rex ita videretur fuisse, eam nimirum non solum consistere in similitudine perfectionum Dei moralium, quæ in voce *Iustitia* comprehensæ esse possunt, verum etiam in fulgido & glorioso decore corporis, ut speculo & signo internæ, vitioque carentis, moralis imaginis Dei in anima, in suscitatis ex morte denuoque cum anima conjunctis corporibus restituendo. Quod postremum cælestem beatitudinem consummat, omnibusque partibus suis & numeris explet, ita, ut  
 tunc

tunc nihil amplius, quod desideretur, sit reliquum. Quam plenam salutem figura *saturitatis*, quam eximius altæque mentis Rex sibi obventuram confidebat, repræsentat. Conf. 1 Cor. XV. 49. ubi *imago & terreni & cælestis Adami* de qualitatibus & habitibus corporis utriusque, veluti ex contextu liquet, debet explicari.

§. XXVI. Commemorabile Dei de Adamo est pronuntiatum Gen. III. 22. *Et dixit Jehova Elobim: Ecce Adam הוה factus est vel fuit sicut unus ex nobis, cognoscendo bonum & malum, Nunc igitur ne extendens manum suam accipiat etiam de fructu arboris vitæ, ut comedat & vivat in seculum.* Hæc Deus elocutus est verba, simul atque vestibus, ex pellibus sacrificiorum ab ipso confectis, Adamum & Evam induerat, eorumque contexerat nuditatem

Pressior  
consideratio  
Gen. III. 22.

Assumimus, Deum pelles, ex quibus tunicas istas fecit, ex sacrificiis summis, quæ Adamum mactare & offerre jusserat (18) ad eum condocefaciendum, quemadmodum promissum mulieris Semen, futurus Θεοειδωπος, sistendo naturam suam humanam justitiæ divinæ vindictivæ, tamquam hostiam piacularem, præstandoque obsequium usque ad mortem, hac obedientia sua vicaria, cum activa, tum præcipue passiva, justitiam, id est, remissionis peccatorum & juris ad vitam æternam esset procuraturus causam. Quæ Semini mulieris vicaria obedientia & justitia in peccatore, eam per fidem sibi applicante, in locum amissæ Δοξης de qua Paulus loquitur Rom. III. 23. & nos supra pluribus locuti sumus, esset successura, adeoque ejus justitia, quæ coram Deo valet, esse deberet, in

N 3

cujus

(18) Sententiam hanc propugno in den wöchentlichen Quisburgischen Intelligentz-Blättern, in Tractatu de astutia, quam malus genius in prima generis humani parente circumveniendi adhibuit Num. XVI. An. 1760.

cujus indutu & communione contectionem nuditatis suæ & deperditum jus ad Dei amicitiam, cum eaque connexionam æternam gloriam ac salutem, reperiret & haberet; sed ita, ut secundum exemplar & imaginem divini Redemptoris sui, vicario sacrificio corporis sui, in mortem tradendi, cum Deo ipsum reconcilians, in communione perpeffionum & mortis ejus, gloriæ vitæ æternæ confors fiat: quum in priore ac primævo statu gloriam hanc sine mortis consecutus fuisset interventu, Inque hoc ipso, opinor, clavem habemus non solum mysterii indutus Adami, tunicis ab ipso Deo ex pellibus sacrificiorum istum in usum consecutis, sed etiam verborum, a Deo tunc pronunciarum: *Ecce Adam היה sicut unus ex nobis.*

Sensus Effati divini, *Ecce hic Adam factus est ut unus ex nobis.*

Erat nimirum in æterno pacis consilio conventum & definitum, ut secunda in sacrosancta Trinitate Persona, æternus & unigenitus Dei Filius, filius & semen fieret mulieris, Θεωδωπος, היה ישא, modoque sacrificii in placamentum iræ divinæ vitam profunderet, & post consummatas passiones in æternam gloriam suam introiret Luc. XXIV, 26. Secundum hoc Seminis mulieris redimentis & sanctificantis exemplar Adamus, pellibus sacrificiorum a Deo convestitus, & omnes, vestigiis fidei ejus instituti, amissæ gloriæ non aliter, quam in communione perpeffionum & mortis Redemptoris sui & pacificatoris, neque etiam aliter, quam per mortem & post mortem, denuo fierent participes. Id aliter se potuisset habere. Ordo salutis ita potuisset institui, ut homines, cum sacrificio propitiatorio futuri Θεωδωπος communionem habentes, citra temporalem mortem in cælestem æternam introducti fuissent gloriam, id quod Enocho & Eliæ evenit. Talis vero salutis teconomia Duci salutis nostræ non placuit. Omnes, qui sacrificio ejus Deo placantur & redimuntur, hoc ordine deperditam vitæ æternæ gloriam recuperant, ut non tantum modo spirituali in communionem perpeffionum

num & mortis ejus per fidem penetrent, earumque vi & applicatione veterem hominem occidant, & corpora sua Deo fistant hostiam vivam, sanctam, placentem Deo, in cultu ipsorum rationali; verum etiam ante restitutionem possessæ in statu instituto gloriæ, de qua etiam corpus participabat, prius mortem corporis obeant & obire debant. Et hoc condocere mihi videntur Dei verba: **הן האדם**. *Ecce hic Adamus, hic, sacrificiorum pellibus vestitus, Adamus, factus est sicut unus ex nobis.* Is quidem vi & virtute communionis cum morte mea & passionibus piaculibus de placato sibi Deo, deque recuperatione amissæ gloriæ, lætari & ejus spe erigere se & solari potest. Verum enim vero ad eam non alia, quam eadem ipsa, qua ego ad cælestem gloriam penetro, penetrabit via. Quemadmodum mihi prius patiendum, moriendum, & sic introduendum in gloriam meam: ita & Adamus secundum exemplum meum mori quoque prius debet, & tum demum dabitur ei ad gloriæ meæ pervenire communionem. Vid. Phil. III. 10. 11. Rom. VI. 3. 4. 5. 8. VIII. 11. 17. 2 Tim. II. 11.

Potuisset Adamo in mentem venire, an non promissa & acceptata ab ipso per fidem placatio & redemptio ex serpentis potestate abrogationem inferret sententiæ mortis, antea in ipsum pronuntiata: idcirco explanatius ei significatur, promissam propitiationem eo non esse trahendam, ratam manere sententiam, ex qua mors corporis temporalis ipsi erat subeunda: nec vero hanc restitutioni gloriæ, per violationem legis divinæ deperditæ, obstituram, quin omnimodam ejus restitutionem post mortem certissime expectandam esse. Adamo hæc salutis œconomia eo minus mira & inusitata debebat videri: quum ipse divinus Redemptor secundum eundem ordinem depositam gloriam suam recipere constituerat, pati prius & mori,

tum-

tumque in gloriam suam introire, in eoque exemplar repræsentare, ad quod Adamus, tunicis sacrificiorum vestitus, cunctique posterius, vestigia ejus tenentes, conformarentur.

Quamquam Adamo hoc pacto significatum erat, non obstante, quod per futurum Seminis mulieris sacrificium Deum sibi haberet propitium, ipsi oppetendam esse mortem temporalem: attamen in novam, nec exigui momenti, incidere poterat tentationem, an non comestio de fructu arboris vitæ a necessitate moriendi ipsum posset liberare atque eximere. Hinc Deus, quæ ejus est φιλανθρωπία & misericordia, non ignarus figmenti nostri, memorque nos pulverem esse, tentationem hanc ab homine statuit excludere: quod facere poterat, vel amovendo arborem vitæ ex paradiso, vel hominem ex paradiso dimittendo, aditusque ad arborem vitæ custodiis sepiendo. Hanc posteriorem Deus ingressus est viam. Oratio vero Dei, Adamum ex horto dimittentis, qua causam hujus sui instituti exponit, perspicue ostendit, verba præcedentia eo spectasse, ut decretum ac sententiam Dei de subeunda homini morte temporali stabiliant ratamque faciant. Quod secundum nostram explicationem quoque faciunt: cui itaque ex contextu insignis accedit commendatio & concinnitas, quam forte frustra in quacunque alia interpretatione quaesiveris.

לרעת in  
subsequente  
membro  
verti potest  
scientia, cum  
præfixo  
nominativi  
emphatico,  
& Unum il-  
lum ex Per-  
sonis divinis  
insignite de-  
scribere,

§. XXVII. Ceterum controvertitur inter Eruditos, an in isto Dei Effato: הן האדם היה, Ecce hic Adamus היה sicut unus ex nobis, לרעת טוב ורע, qui novit bonum & malum, verbum היה interpretandum sit per fuit, an factus est?

Ego in supra citata commentatione de astutia, quam malus genius in primis generis humani parentibus circumveniendis adhibuit, disquiro, an non verba לרעת טוב ורע nervosius & verius ad Unum illum ex Personis divi-

divinis, quocum proxime etiam cohererent, quam ad Adamum referantur, adeoque hunc *Unum* insignite describant, & quisnam ille sit, secunda scilicet in sacrosancta Trinitate Persona, *ὁ Λογος*, æterna & substantialis Sapiencia, definiant: assumpto hic, quod *Nominativo* cum primis præfigi amat, *h* *emphatico*. Non celavi in prædicta Commentatione de isthac interpretatione inclinationem meam, neque etiamnum ab eadem me aversum sentio. Hac certe ratione *Unus* ille ex Personis divinis, qui nomine totius Trinitatis hic loquitur, ita designatur, itaque in luce ponitur, quæ rectum eum esse non sinit: quod non immerito in *Effato* hoc præsumseris. (19)

O

A mor-

(19) Perputanti denuo rationem nominis, arbori vetitæ dati, vero simile fit, per *רוע טוב לדעת* Elohim semet ipsum intellexisse, & nomine hoc suo periphrastico, arbori isti dato, hominibus significavisse, hanc esse arborem, quam sibi met reservasset in domini sui supremi signum & monumentum, a cujus ergo ipsis abstinentum sit usu & esu, pro perduellibus & læsæ suæ supremæ potestatis & majestatis reis habendis, supremoque hinc mortis supplicio addiciendis; si contravenirent, hocque Regale suum, liceat hac mihi impræsentiarum voce uti, contrectare audent. Multa sunt, quæ huic favent cogitationi.

1. Ea admittæ, in propatulo est peccati, in esu de fructu arboris hujus commissi, ad eumque inducentis, gravitas. Patet, protoplastos perduellionis se obstrinxisse flagitio, læsæ majestatis & summæ potestatis divinæ commississe crimen: quocum simul patet pœnæ, tum in homines edentes, tum in serpentem ad esum pellicientem, statuet eumque consecutæ, justitiæ, & cum atrocitate criminis convenientiæ.

2. Ea admittæ, clarius intelligitur serpentis in asseveratione sua sermo: *רוע*, novit, inquebat ad Evam, Elohim, quo die comederitis ex ea, *וּפְקוּ עֵינֵיכֶם*, certe, *prosc̄cto*, *urique*, (vim hanc adfirmandi præfixam *h* hac in serie deposcit) oculi vestri aperientur, protuberante & emicante acie perspicaces fient oculi vestri & obvia quævis penetrabunt, discussio & effusio, qui obstabat, calyce, omnia cernentes & discernentes, quæ virtus inest in origine Verbi *פְקוּ*, quod ostendit celeberrimus *Schultens* in Proverbia p. 229. 230. putemque ego, emicantissimam saltem aciem & perspicaciam, ex esu arboris consequendam, ipsi

cor.

A mordacibus ironiis, quæ congruenter quidem in superbos, contumaces, feroces, prævaricatores, in protervos Verbi Divini contemtores, sed non æque in peccatorem, quem malefacti pœnitet, & cui Deus gratiam vult facere, adhibentur, totus abhorreo. *Fuit* revera Adam sicut Unus ille ex divinis Personis, æterna *substantialis Sapientia*, ὁ Λογος, qui erat in initio, per quem mundus & omnia facta sunt, adeoque etiam homo, & quidem ad ejus, a quo factus est, imaginem & similitudinem. At  
vero

corporis oculis promississe serpentem: & eritis טוב ורע כאלהים ירעי טוב ורע sicut Elohim, in acie scilicet & perspicacia oculorum, *sciens* טוב proprie uberi, ubere succo præditum, hinc bonum, præstans, utile, jucundum, ורע & malum, proprie cassum, excussum bono omni, quod טוב meretur appellari, penitusque vacuum & inane. Gnome Prov. XX. 8. vocabulo ירע paleas cassas respicit, Regem sedentem super folio iudicii eventilantem oculis suis ככל רע. Vid. Celeberrimus *Schultens* ad h. l. & vestigia summi Viri feliciter optimisque auspiciis premens Cl. *Schraederus* in Commentario Philologico in Psalmum X. p. 307-311. Ubi potestatem vocabuli ירע, a me indicatam, luculenter invenies enucleatam. Ad animum translatum pro *casso* omni virtute & probitate, penitusque vitioso & perditio, frequentatur. Non est, quod a corporis discedatur oculis, quin probabile est, micantius & acrius lumen, perspicacissimam aciem, obrutu suo oblata penetraturam, hacque ratione טוב ורע, sensu quoque proprio & materiali accepta, introspecturam illico discreturamque, eundem ad modum, quo Elohim micantissima oculorum suorum acie nihil non, in quod incurrunt, penetret, in eoque bonum & malum pervideat acutum atque internoscat, tentatorem ex arboris Elohim, qui a completa sua boni & mali intelligentia לדעת טוב ורע semet nominaverat, esa polliceri corporis oculis. Unde quam uber & copiosa ad ipsam insimul mentem redundatura esset cognitionis seges, quamque amplius ad proficiendum in ea eamque consummandam tandem expectandus sit campus, proclive erat cogitatu. Oculorum aciem & lumen usu rei materialis intendi & acui posse, cum & ipsi sint materiales, non sane diffuciliter intelligitur. Cumque Arbor vite virtute, in fructu suo recondita, polleret vite, quam vivit corpus, vigorem conservandi, & si forte flaccesceret, restituendi, quod protoplastis supponere licet non fuisse incognitum: non certe pro abscono poterat haberi, si & in hac arbore vir-



vero contextus, & circumstantiæ, in quibus tunc positus erat homo, requirunt, ut הוּאֵהוּ vertas, *factus est*. *Ecce hic Adam factus est sicuti unus ex nobis*, libitantiæ videlicet Sapientia, cui proprium est, *bonum & malum* internoscere & perspectum habere, quæ divitias cognitionis suæ in eo manifestat & pandit, quod remedium in promptu habeat contra malum, exque ipsa morte teneat exitus.

Interim in quæstionem posset adduci, ane in Effato isto, præposita vocula הוּאֵהוּ *Ecce*, quæ singulare quid, mirum, inusitatum, quid prodi, insinuat, ad quod introspicien-

Verbum הוּאֵהוּ per syllepfin dari potest, Ec-

O 2

cien-

virtus crederetur residere, ad vim oculorum acuendam & micantiorum efficiendam comparata. Hoc sane facilius creditu offerri poterat mulieri, quam si veritatum metaphysicarum, a materia & sensibus remotarum, intelligentiam mulieri cogitandam atque expetendam subicere voluisset fraudulentus tentator. Unde intelligitur, quanta consternatio invadere debuerit protoplastos, quam atra atroxque mentem animumque eorum percellere conturbationis tempestas: cum micantissimam lucem expectantes omni corpus suum luce exutum destitutumque penitus viderent. Hæc obiter. Redimus ad tentatoris adseverationem. *Novit, Elohim*, qui omnia, & *bonum & malum*, novit, *לדעת טוב ורע*, quo die comederitis ex ea, eritis sicuti Elohim, sicuti *לדעת טוב ורע*, eritis & vos *לדעת טוב ורע*, scientes bonum & malum: in acie oculorum vestrorum positam, reconditam, (hæc est proprietas Verbi *לדעת*, quæ est, *posuit, recondidit*, præsertim in loculo, ad adservandum) habebitis vim, ad bonum & malum in obvis quibuscunque rebus introspicendum idoneam: qua vi novistis pollere micantissimos Elohim, Creatoris, oculos. Quod si participium *לדעת*, *nesciens est*, Elohim, ex *לדעת טוב ורע* quod probabile omnino, sit transfusum; congruentius id sine dubio factum, si *לדעת טוב ורע* pro nomine aut periphrasi habeas Elohim, quam si ad arborem interdictam referas. Idem observare licet in felicitate, quam edenti promittebat serpens, in eo sita, quod futuri essent *לדעת טוב ורע*, scientes bonum & malum: in qua manifestus ad *לדעת טוב ורע* est respectus.

3. In Effato Numinis Gen. III. 22. *Ecce Adam הוּאֵהוּ*, sive illud veritas fuit, sive factus est, sicuti unus ex nobis, si verba, *לדעת טוב ורע*, ipsum designent Deum; nihil occurrit amplius, in quo quis hæreat, aut uberiores requirat lucem, quam sibi deesse sentiet, verba ista ad Ada-

mi

ce Adam fu- ciendum acris attentio requiratur, tanquam *Nota bene*, in-  
 it, & factus signito, verbum *ויהי* interpretandum esset per *syllapsin*, vel  
 est. figuram *ex ancipite*: secundum quem conspectum, utra-  
 que versio, *fuit* sicuti unus ex nobis, & *factus est* sicuti  
 unus ex nobis, confociaretur, & sensus, in Effato isto re-  
 conditus, in hanc educeretur amplitudinem: Ecce hic Adam  
 in statu suo nativo *fuit* sicuti unus ex nobis, æterna sub-  
 stantialis Sapiencia, *ὁ Λογος*, per quem omnia facta sunt,  
 gerens gloriosi Conditoris sui imaginem & similitudinem;  
 idem ille Adam, cum fraudibus & malitia serpentis glo-  
 ria

mi scientiam referens. Si hac jam in sede *לדעת טוב ורע* ipsam  
 commodissime notet Elohim, cui Adam pronunciatum similis factus: non,  
 puto, est, quod dubitetur, in appellatione arboris interdictæ eadem hæc  
 verba consimiliter Deum indicare; ut arbor *scientia boni & mali* arbo-  
 rem signaret Dei, quam scilicet Deus, hominibus interdicens eam, sibi-  
 met reservasse recte poterat censer, quin ipsum Deum, arbori illud no-  
 men imponentem, eam ab hominibus ut talem considerari voluisse, re-  
 cte collegeris.

4. Verba certe ista, *לדעת טוב ורע*, congruum & decens Deo,  
 & speciatim Filio Dei, qui *חכמה* Sapiencia cluit Prov. VIII. 12. *scien-*  
*tiam boni & mali* complectens, præstant nomen, & sapientia periphra-  
 sin ac fontem representant: admisso in *דעת*, quod cum maxime No-  
 minativo præfigi amat, *emphatico*. Quo pacto *לדעת* signatissimam  
 scientiam, abstractoposito pro concreto, quod vim emphaticos mirifice  
 intendit, atque ita talem, qui ipsa dici meretur *Scientia*, positam  
*in se & reconditam* in sinu mentis suæ habens & possidens absolutam re-  
 rum quarumvis, *boni & mali*, scientiam, scientia omnis fontem, featu-  
 riginem, domicilium, promum, condum, designat: qui vere de se præ-  
 dicare potest: Ego sapientia habito calliditatem *דעת מזמות אמנא*  
 & scientiam (habes hic vocem nostram) *sollertiarum invenio*, proprie  
 genetro Proverb. VIII. 12. Hanc emphasin fert & inducit, uti  
 alias, notio abstracta, per adpositum *emphaticum* supremo in fastigio  
 collocata. Id quod sententiam, verbum, *לדעת טוב ורע*, pro peri-  
 phrastico æternæ substantialis Sapiencia, Filii Dei, habentem nomine, in-  
 signiter commendat. Neque video, si *דעת* *emphasin*, quam  
 promisi, tenere sinas, quo pacto ad aliud quid, præterquam ad Deum,  
 quiverit adplicari.

ria ista excidisset, eamque in perpetuum amisisse videretur; ingratis serpentis rursus *factus* est, sicuti idem ille unus ex nobis, demonstrans in eo, quam plene & perfecte bonum & malum dignoscat, quod malum etiam convertat in bonum, ex veneno remedium contra venenum concinnet. Quemadmodum hic Adam antea imaginem & similitudinem meam hujusque imaginis & similitudinis signum & memoriale in corpore suo gestavit, ita idem denuo in ejus comparet corpore, quod loco amissæ lucis, quæ ei ad instar vestis, signumque & sigillum erat justitiæ ipsius coram Deo, communionisque & conjunctionis cum eo, pellibus typorum futuri sacrificii propitiatorii convestivi, in signum & pignus, eum participem esse factum justitiæ, coram Deo valentis, quæ peccatori, fide eam induenti, una cum remissione peccatorum malefactorum jus denuo ad gloriam, per peccatum amissam, tribuit: in signum item & doctrinam, ipsum ad id esse destinatum, ut imagini divini Liberatoris sui fiat conformis, uti in communione perfectionum & mortis ejus, ita etiam cælestis æternæ gloriæ, ad quam sistendo naturam suam humanam in piacularare sacrificium muniet viam.

Divitem hunc sensum Effatum Dei funderet; si *Syllepsi*, supra citatæ, concedatur locus. Nec video, quam ob rem contra tenderetur: cum recta hermeneutica, si nihil obstat, eam permittat. Quo pacto hoc Dei Effatum nostram de primordiali similitudine Deum inter & Adamum explicationem, supra proditam, constabit.

§. XXVIII. Hæc commentanti in mentem iterum Nova ob- venit Contextus Eph. IV. 24. Incipit Apostolus a vs. 17. servatio ad hortari Ephesios ad vitæ institutum ad Jesu Christi exem- Eph. IV. 24. plum componendum. Quo pertinere docet depositionem veteris hominis, alimenta sua trahentis ex concupiscentiis, ad res hujus mundi, tanquam summum bonum & ultimum

mum finem, tendentibus, sed pariter per earum æstum & *πλεονεξίαν*, cupiditatem plus habendi, plus plusque volutate, ex peccato semel percepta, fruendi, quam Apostolus hac ipsa voce v. 19. insinuat, semet corrumpentis & disperdenti, cujus veteris hominis quasi vestis sint corporis actiones, in oculos incurrentes, & innovatio fiat *εν πνευματι τε νοος* v. 23. *πνευμα τε νοος* oppositum est *ματαιοτητι* vanitati ejusdem *νοος*, antea v. 17. memoratæ. Quæ *vanitas* id ipsum est, quod idem noster Apostolus *φρονημα σαρκος*, quod inimicitia est adversus Deum, nominat Rom. VIII. 6. Studium videlicet mentis, res carnales, sensiles, vanas, fluxas, perituras, ad mundum hunc corporisque vitam, cultum, voluptates, pertinentes, tanquam summum bonum & ultimum finem, respiciens maximoque ad eas nifum contendens. *Πνευμα τε νοος* immutatum designat ejusdem mentis studium, spiritualia capientis & sapientis, adeoque in Deo & communiōne cum eo in spiritu & veritate, ut summo summeque delectabili bono, & primario fine, cogitationes suas, omnemque operam, curam, industriam, mentem denique omnem, figentis & locantis. Quæ, ut ita loquar, *mentis spiritualitas*, *φρονηματι σαρκος* succedens, principium & fons est innovationis, de qua hic agit Apostolus, ex carnali spiritualem facientis hominem. Ista cum mentis renovatione indutus novi hominis debet esse conjunctus, actionibus sanctis externis de innovatione interioris hominis, spiritu mentis facta, testantibus. Induendum novum hominem Apostolus introducit, ut qui secundum Elohim, hominis Creatorem, quem supra docuimus Filium esse Dei, sit creatus, vel in præsentem, creetur, & creari atque conformari debeat, secundum exemplum scilicet Jesu Christi: ita ut novus iste homo vestitus conspiciatur *justitia*, hoc est, actiones exserat, in quibus superpetit

petit demonstratio Justitiæ Jesu Christi, fide viva indutæ, rebusque ipsis lux fulgeat sanctitatis.

Καινος, *novus*, ex origine, de qua alio loco, *nitens, splendidans*. Impræsentiarum tetigisse suffecerit, Græcum καινος eadem cum Latinis Verbis, *canus, caneo*, priscum *cando, candor, candeo*, contineri stirpe, immo Latina hæc ex καινος suam traxisse originem. Notio *Novi* ex *nitore* fluxit, quod *nitere* soleant *nova*. Affine est *recens*, item *novus*, proprie *recandens, recendens*, per syncopen *recens*. Hebraicæ cum קרן *novus* consimilem offert originem.

Vocabulo καινος si proprium suum permittis significatum: Apostoli Verba hunc præbent adspæctum: Et *indue-re candentem, candore splendentem, hominem, Adamum, κτισθῆντα, qui creatus fuit, secundum דמות Dei, Elohim, (Nomen hoc LXX interpretes reddunt Θεος) Filii nimirum Dei, Jesu Christi, cum insigni Justitiæ & Sanctitatis, quod in Adamo erat externa lux corporis, innocentia ejus, δικαιομα, jus, παρρησιαν, ad comparandum sine metu coram Deo ipsi tribuentis, & sanctitatis interna, documentum & signum. Oratio Apostoli, hac facie induta, ad statum Adam, in quo is creatus fuit, & qui creatione nova & mystica redintegratur, remittit. Significatus vocabuli καινος, usu frequentatus, hoc subjicit verbis Apostoli schema: Et *indueve novum hominem, qui creatur, tempore præsentis (hoc æque ac præteritum, ferunt Græcorum αοριστι) secundum Deum, Filium scilicet Dei, vera & ipsa in Justitiæ & sanctitate, luce externa, qua Adam initio convestitum fuit corpus, significata. Supra vocabulum αληθειας conjunxi cum sola voce όσιοτητι, sed nihil nunc video ob stare, quo minus cum Luthevo ad utrumque, & sanctitatem & justitiam, referamus: siquidem Lux, Adamum vestiens, symbolum exhibebat tum innocentia, Ju-*  
*stiti**

*sentiam* coram Deo comprehendentis, tum *Sanctitatis*, spiritum mentis collustrantis. In statu novæ creationis seu restitutionis actionum externarum ad exemplum Jesu Christi conformatio documentum item præbet tum *Sanctitatis*, spiritum mentis complexæ, tum *Justitiæ*: quandoquidem in sanctis hominis externi actionibus habetur & repræsentatur documentum & demonstratio vivæ fidei, & Justitiæ Jesu Christi, revera per fidem adeptæ. Etenim fidei, quæ Jesu Christo nos jungit, hæc est natura & indoles, ut externis actionibus sanctis, καλοῖς, (vim insitam hujus Græci vocabuli alibi (20) enucleo) lucentibus, pulcris, eximiis, εἶργοῖς se det spectandam, per amorem sit ἐνεργουμένη, inque compositione exterioris hominis ad Jesu Christi exemplum vim & veritatem suam exferat comprobetque. Quos præscivit, etiam prædestinavit, conformandos imagini Filii Dei: ut is sit primogenitus inter multos fratres. Quos vero prædestinavit, eos etiam vocavit, quos vocavit, eos etiam justificavit, (comprehende sub justificatione sanctificationem, in qua habetur fidei & justitiæ, justificationis peccatoris ἀραιωματος, fundamenti & causæ, unicum & indubitatum argumentum) quos autem justificavit, eos etiam glorificavit. Vid. Eph. V. 1. 2. Matth. XI. 28. 29. Matth. XVI. 24. Joh. XIII. 15. 1 Pet. I. 21. Si dixerimus, nos communionem habere cum eo, & in tenebris ambulamus, mentimur, nec sincere agimus. Quod si in luce ambulamus, sicut ipse est in luce, communionem cum eo habemus mutuam, & sanguis Jesu Christi, Filii ejus, purificat nos ab omni peccato 1 Joh. I. 6. Vides hic veram lucem, in sanctitate externi hominis ejusque ambulatione & conversatio-

ne

(20) In den wöchentlichen Duisburgischen Adress- und Intelligenz-Zetteln No. XIII. und XIV. A. 1763. unter der Ueberschrift: von den guten Werken, welche die Bücher des neuen Testaments καλὰ εἶργα nennen,

ne cum aliis hominibus emicantem, ut documentum *justitiae fidei*, in sanguine JESU Christi, Filii Dei, fundamentum suum habentis, repræsentari. *Eratis enim tenebræ, nunc autem lux in Domino, ut filii lucis incedite* Eph. V. 8.

Huic posteriori adspæctui primum utique in Contextu, quem jam præ manibus habemus, concedimus locum. Interim nihil impedire putem, quo minus statuatur, Apostolum, duce & auspice Spiritu Sancto, & priorem sibi repræsentavisse & intendisse propositionis suæ formam & faciem: vocabulo *ναυος* pariter in nativo suo significato, quem alias & ipsa res poterat suggerere, accepto. Qua ratione insigni ubertate, venustate & gratia, hanc Apostoli tabulam mactari, admirabilique arte & brevilocuentia primi hominis, a quo defecimus, statum, statum item, quem defecti hominis renovatio introducit, & inter utrumque nexum, una proponi, videmus, *participio κτισθεις* tempus tum *præteritum*, tum *præsens*, pro variata repræsentationis scena, accommodantes. Qualium locutionum, ex ancipite insignitum oppido & exaggeratum acumen, pondus, decus, accipientium, complura proferri possunt exempla, & prolata ac laudata sunt ab optimis sagacissimisque Librorum sacrorum explanatoribus. Jam modo in Dei, de Adamo pronuntiato, Verbo *יהי* belle geminam hanc federe ansam, observavi, hinc *fuit*, illinc *factus est*, offerenti. Hoc eo lubentius resuscito, quod Apostolo, in hoc ipso argumento versanti, inde præbira esse poterit occasio, gemellam hanc ansam consimiliter Verbo suo *κτισθεις* accommodandi.

In proposito indutu *ναυος ανδρωπυ* potissimum respicere Apostolum actionum externarum lucem & sanctitatem, discipulis suis ab amantissimo Servatore Math. V. 15. 16. eadem lucis pictura uso, commendatam, palam est ex contextu, Renovationem mentis primo loco versu præ-

cedente posuerat Apostolus. Tum ad indutum *καυε ανδρωπε*, qui secundum Deum, hominis Creatorem & Redemptorem, creatur, perguit: quem *καινον ανθρωπον*, non iterum de renovatione mentis, sed de actionibus hominis externi, quarum emendationem urget cum maxime, accipere jubet sermonis series. Quod *συναφεια* orationis Apostoli postulante, facias, si amplitudinem divitemque effati Apostolici venam agnoscere mavelis, quam circumcidere; splendor in generis humani parente & prototypo, ad *דמות* & exemplum Elohim, Creatoris sui, conformatus, agnosci pariter debet.

Pensatio  
iterata con-  
textus paral-  
teli Col. III.  
10.

Locus parallelus Col. III. 9. 10. id, quod jam proposui, constabit. Verba Apostoli sunt: *ne mentimini alius adversus alium, quum exsuti sitis vetere homine συν ταϊς πραξεϊσι αυτης, cum factis ipsius: Καὶ ενδυσαμενοι τον νεον, τον ανακαινουμενον εις επιγνωσιν κατ' εικονα τε κτισαντος αυτου, Et induti sitis novo, qui renovatur in agnitionem, qui creat eum, Dei.* Vides veterem hominem, qui exuendus est, una cum veste, *cum actionibus suis*, in oculos incurrentibus, proponi: utque hæc vestis squalida & contrita una cum vetere homine interno exuatur, ab Apostolo urgeri & contendi. Vides subseri *νεον ανθρωπον*, qui hic simul cum veste sua, *συν ταϊς πραξεϊσι* externis actionibus, intelligitur. Vides cum emphasi addi, *τον ανακαινουμενον, qui renovatur*, in pristinum nitorem restituitur, uno verbo, *recentatur*: unde apparet, Apostolum in voce *καινος & ανακαινωσθαι* quid vidisse, quod sola voce *νεος & αναγεσθαι* non æque poterat exprimi: *Τον ανακαινουμενον εις επιγνωσιν κατ' εικονα τε κτισαντος αυτου, qui recentatur in agnitionem, qui creat eum, Dei, Elohim, videlicet secundum similitudinem Filii Dei, Jesu Christi.* *Επιγνωσις* hic est agni-



agnitio Dei in effectibus & fructibus suis, qui sunt convenientes cognitioni actiones, per *metonymiam antecedentis* pro *consequente* spectata. Ejusmodi certe est *Dei cognitio*, quam actiones ejus semper exprimunt & declinant, nusquam & nunquam abnegant nec obscurant. Qui *revertitur*, hoc est, *denuo candens, cum candore splendens*, redditur in agnitione practica sanctisque actionibus lucem spargens suam: ברמות אלהים, quod Apostolus reddit κατ' εικονα τε κτισαντος αυτου. In eo autem *Splendor* fuisse supponitur, & cogitandus offertur *Splendor*, qui in nexu positus erat cum *sanctitate* & interni & externi hominis, quem ego in luce divina, cum primi hominis corpore (quoque communicata, ostendo, sanctitatis, in mente collucentis, indice & teste. Nomen *Elohim* Creatorem designare, deinceps demonstrabo: Unde lucefcit, me dictionem Apostoli, κατ' εικονα τε κτισαντος αυτου, non temere cum notabili constructione, in historia creationis hominis obvia, ברמות אלהים, conferre, & illam huic substitutam esse ab Apostolo. Notanda denique est Verbi κτισω, quo utitur Apostolus, congruentia, utpote quod Verbo יצר & quoque ראָא responder, & horum nativam vim & indolem repræsentat (21).

P 2

Admissa

(21) Κτισω, quod exponitur, *condo, creoo, fabricor*: 2) *coloniam aliquo duco*: 3) *locum aliquem adificiis, in eo exstructis, habitabilem reddo*: 4) *instiuro, auctor sum alicujus rei*: venit a κτεω, unde κτεωω, occido, interficio, & κτεω, pro κτεωω, pellen, genit. κτεωω, quod vocabulum ad originem ducit, quæ in κταω, & κτεω, est *tenfione premente*, quam *nifum* nominamus, *cadendo, tundendo, secō, infeco, defeco, perfeco*: ex qua sectione, insectura, procliviter manavit notio *asciandi, asciando radendi, poliendi, ad constructionem adaptandi*. Ultima vena, unde hæc potestates fluxerunt, est *tenfione premente stringo, tum adstringendo, constringendo, tum defringendo, difringendo*, quod in Origg. Lin.

Admissa in Effato Dei, Ecce Adam היה sicut unus ex nobis, utraque interpretatione verbi היה, Ecce Adam fuit, & factus est, sicut unus ex nobis: tunc inde emergere potest hæc sententia: *Ecce Adam rursus, denovo, factus est sicut*

Lingua Græca explanatius demonstro. Ex priore idea *cadendi*, vitalia *persecandi*, descendit notio *occidendi*, quod ipsum Verbum palam est a *cadendo* formatum esse, & quoque *κταομαι* *adquiro*, *comparo*, *conciho*; *possideo*, *habeo*, quod ergo proprie est, ego *mibimet* (hanc virtutem reciprocã amant Verba apud Græcos in forma media) ab aliorum usu *deseco* & propriam *facio*. ipsum vocabulum *sectio* pro publica venit bonorum, quæ sub hasta fiebat, venditione, in scriptis Istorum *distractio* vocatur: quique hoc pacto bona sibi acquirebat & emebat, nominatur *sector*. Et probabile mihi sit, Verbum *emo* ex *κτενω*, usu Lingua obstericante, a prisco themate *κτεω* propagato, decerpum esse, missa utraque initiali, connubium in principio respuente, litera: veluti *ωνοομαι* *emo*, *comparo*, eadem via ex Verbo *κτονω*, in nativo scilicet significato spectato, venisse putem in linguam Græcam. Posterior idea in *κτιζω* *instar fabri lignarii seco*, *deseco*, *insecō*, *secando rado*, *ascio*, *exascio*, *exasciatum condo* & *compono*, confedit. Infectiones habes in *κτεις* *pecten*, ejusque usum in *pressim stringendo*, *destringendo*, qui in vocabulo *strigilis* diserte notatus a forma antiqua *strigo*, pro qua deinceps *stringo* invaluit. Germanicum *zam* ex eodem fonte *κτεω*, unde *κτημι*, in dialectis *κταμι*, *τ*, ejus cum *κ* confociationem in principio vocum suarum Germani æque ac Latini refugiebant, omissa. Eadem hac via ex *κταντης* *occisor*, proprie *sector*, processit *zam*, *dens*, *κ* mutata in *z*, uti, *κ* dimissa, *zant*: ubi notetur, *κτενέες* quatuor dentes anteriores, *insector* ex origine, nominari, a *κτεις*: unde, *τ* dimissa, Belgicum, *kis*, *kisen*, & ex *κτεις*, genit. *κτενος*, non inepte Latinum *dens* derivaveris, *τ* cum *δ* ejusdem organi litera, commutata. Origo, quæ est *secare*, *desecare*, licet in *Riesen*, *eligerè*, g. d. ex complurium numero *desecare*, plane ut Hebræum *היה* elegit, proprie *secuit*, *succidis*. Ex *κτεω* *insecō*, *infrudo*, *findendo divido*, mihi fluxit *sepe*, digitus pedis, dimissa *τ*, & *κ* in *z* ver-

la

cut unus ex nobis. Etenim qui alteri *fuit* similis, ita videlicet, ut similitudo ista interrupta sit, & deinceps eidem *factus* sit similis, is, si de eo prædicatur, *fuit* & *factus est* similis, sane concipiendus est *rursus* seu *denuo* similis *factus*.

P 3

Etus,

ſa, noſtrates dicunt *tefen*, dimiſſa k, & h, ut ch elata, in f converſa: quemadmodum Æoles χ mutabant in φ. Quod ipſum in dialectis Germanorum factum, *kragz, kraft*. Belgæ digitos pedis nominant *teen* ex κτενω dimiſſa κ. Ex eodem hoc themate κτενω unde κτονω, proſta certe productior forma κτονω) uſus linguæ permittebat κτοζω, κτοδω, quo canali in Latinam linguam fluxit *tondo*, in quo habes vim *ſecando radendi, levigandi, poliendi*: & quoque *tundo*, v initio omiſſa, *tudo*, deinde reſuſcita: vel a κτεω, κτω, (unde κτεινω, occido, κτονος caedes, κτονω, forma productior a κτονω) adſcito augmento ζω, Græcis perſuſito, κτοζω, dialecto Æolica κτοδω, (En ſolum natale vocis Germanicæ Tōb) κτοδω, omiſſa ruruſus prima litera, cum τ in initio vocum inſociabili, *tudo*, & τ eliſa, *cudo*. Veluti ex κταω formatum *quatio*, & ex κτω, κτυω, κτυπω, unde forma productiore, Græcis adamata, κτυπειω, cum ſonitu *quatio, percurio, tundo*, &, dimiſſa principe litera, *τυπτω, caedo, ſerio, verbero, percurio, pulſo, tundo*. Helvigiſ Germanicum ſteupen refert ad *τυπτειν, τυπειν*, præpoſitum ſ loco putans proſthefcos: ego ad *κτυπειν*, κ, ſi omnino non eſſet dimittenda, neceſſitate flagitante, in ſ emollita. Viſ iſtæ *tundendi* arietis, duci gregis, a κτεω, oportunitate dare potuit nomen κτιλος, & adjective ſuntum, *maſſiuſ, cicur*, conſignare, quat. *comundere* pro domare, placidum, mitem, efficere, frequentatur. Interim necdum dimitto picturam *complanationis, exæquationis, cadendo, ſecando, aſciando*, parate. Quumque κτιλος de quocunq; etiam alio cicure & maſſueto animali dictum ſit, potuit & κλλος, aſinus, inde formari, extrita τ, uti in *πυκτος* factum pro *πτυκτος*. De vocabulo Latino *aſinus*, & Germanico *Eſel*, ex eodem fonte, ſur. nimirum κτινω, derivandis, valere juſta utraq; litera, inſociabili in principio, eo videtur dubitandum minus, quam permulta no-

amile,

*etus*, sive ad similitudinem, qua exciderat, revocatus renovatusque. Et hoc ipsum ad dictionem *Renovationis* in stilo Apostoli potuit dedisse ansam. Quum igitur Adamus Semini mulieris sanctificanti, Filio Dei, declaretur *denuo similis*

mins, & substantiva & adjectiva, ex *fur.* sint formata, ex eademque scaturigine, adscita alia nominis substantivi forma, fluxerit κτηνος jumentum, pecus, More in formatione linguæ usitato, κτεω dabat κτεμω, cum potestate *secandi, secando asciandi, polendi*: inde κ mutata in ζ, & dimissa τ, ζιμμερεν, & dimissa κ, ζιμμερεν: Græcum thema τεμω *seco, sciindo, findo*, aor. 2. εταμον, per hanc apherescos viam natum esse videtur. Prior alveus fudit Germanicam vocem *jam*, & Verbum *ziemen, decere, affubre asciari, apauri*: alter dedit *zaam, besamen*. Verbum Germanicum *stümmen, stümmeln, truncare, mutilare, feriendo, eundendo*, hic suam habet patriam, ε in ο transeunte, quod in hoc genere Verborum fieri solebat, inque τεμω, unde τομος, τομη, τομω, in compositis obvium, factum. Wachterus *stümmeln* quoque confert cum vocibus Græcis τομος & τομιας. Sed unde litera s in initio Verbi? Laudatus jam modo Wachterus solet in consimilibus vocibus literam istam sine ansa, ad id præbita, adsciscere. Themata, quæ ego profero, originalia eam fere adferunt: uti hic literæ κ substitutus est *sibilus*, qui solus cum sequenti τ erat sociabilis. Ex potestate *eundendi* ex *stümmen* profluxit *stumpf*, q. d. *acie obrusus, stum*, q. d. lingua, vi loquendi, *obrusus*: quod idem plane sonat Græcum κωφος mutus, ex κοπτω *eundo, obrundo*, præt. κε-κοφα, veluti τυφλος cæcus descendit a τυπτω *eundo*, præt. τι-τυφα, q. d. *acie videndi obrusus*. Per eundem canalem ex κτεω, κτονος, processit Germanicum Vocabulum *Stund*, hora, ex origine notans, *incisuram, infectionem*, & hinc tum *interstitium, tum sectionem, partem, temporis*: zid, ex eadem stirpe, sive κτιτος ex usu linguæ formetur ex κταω, seu κτεω, sive κτιτος ex κτιζω, quod habetur in compositis: η Græca dialecti mutabant in ει, unde sapius migravit in ι. Habes in formis productis zeit, zit, k in ζ mutata, occurrit & cit scriptum in *Gloss. Keron*, & alibi, dimissa τ, &

*nihil esse factus: nonne inde sequitur, ut jam antea ejusdem gesserit imaginem & similitudinem? Quumque illic signum imaginis & similitudinis Dei Restitutoris in corpore Adami conspiceretur in vestimentis, quibus illud mirabili quadam benevolentiae, qua dejectum & defectum hominem complectebatur, significatione, ipse Deus amiciverat ejusque nuditati subvenerat: an incongruens erit, si cogitetur,*  
in

dimissa k, habes *viz.* Conveniunt in primaria idea *καιρος*, & Latinum *tempus*; illud a *κείρω* *tondendo seco*, aor. 2. *εκαρον*, inde *καρος* & *καιρος*, licium consignans, item a *secando*, *praescando*: hoc a *τεμνω* *seco*, dialecto *Aolica* *τεμνω*, inde eadem dialecto *τεμνω*, unde & *τεμνω*. Germanicum *Stück* partem, segmentem, frustum, rei partem, item opus, opus quodvis artificiale, signat. Cl. *Wachterus* pro segmento & opere diversos adducit fontes, & *stuck*, opus, repetit a *τευχω* *fabricor, struo, paro*, unde, *pario*, unde, *pario*. Mihi *sibilus* iste ad verum Verbi *τευχω* thema signum profert, ubi vel *sigma* istud expressum est, vel spiritus aut alterius literae vicem supplet, quod se mihi in eodem Verbo offert, unde synonymum *κτιζω* processit, quod est *κτεω*, *caedendo, tundendo, seco, infeco, defeco, secando rado, ascio, radendo, asciano, polio, paro, ad constructionem adapto*. Inde *κτεω*, uti *στω* a *στω*, inde *κτεω*, & dimissa principe litera, quam Germani retinuerunt, sed in aliam, eamque solam in principio vocis cum τ sociabilem, *sigma* scilicet, mutaverunt. Ex *τευχω* est *τυχω*, unde *τυχανη*, tribula, & *τυχος*, *τυκος*, instrumentum ferreum, quo lapideae utuntur NB. in poliendis lapidibus, *τυχιζω* *scalpo, polio*. *Tundendi, aut stringendi, distringendi*, potestas, quam supra ut primariam produxi, se conspiciendam praebet in *stauden*, hic terrarum dicitur *stucken* &c. &c. Dilacet ex hisce Verbi *κτιζω* cum Verbis *כרא* & *כר* in primaria potestate convenientia, quam declarare intendebam. Concununt Latinum *creo*, in vetere lingua *cereo*, a *κείρω* *scindo, scindendo rado, tondeo*, & Germanicum *schaffen*, quod ex *schafen*, *asciare, asciano polire, processit*. Apud *Osfridum* occurrit *ungisfaban*, nondum creatus. Gothis & Francis *gaskafi*, Alamannis *chiscasti*, creatio & creatura.

in prima Adami creatione, in corpore ejus, consimiliter visibile signum, ex quo imago Dei, Creatoris ipsius, cognosci poterat, fuisse conspicuum? Cogitabimusne, id tale quid, quod corpori Adami locum præstaret vestis, fuisse? cujus, per peccatum amissæ, vicem applicata piacularis justitia Seminis mulieris, tunicis, ex sacrificiorum pellibus confectis & Adamo uxorique ejus indutis a Deo, significata, ita suppleret, ut posteaquam cum salutis suæ Duce & ad ejus exemplar erant mortui, cum eo etiam victuri essent, perfectæque in cælesti gloria, tam in corporibus quam mentibus, imagini ejus conformes futuri.

Consideratio  
contextuum  
Luc. III. 28.  
& Gen. V.  
1-3.

§. XXX. Adhuc unum. Tabula genealogica matris Servatoris nostri, quam Lucas Evangelio suo inseruit Luc. III. 23. 28. a Christo ad Adamum usque porrigitur, quem Evangelista *Filium Dei* nominat: nomine filii perpetuo in ista serie genealogica repetito & constanter usurpato. Τὸ Ἐνός, τὸ Σεθ, τὸ Ἀδάμ, τὸ Θεός, *Hic*, nempe Kainan, erat *Filius Enos*, *hic filius Seth*, *hic filius Adami*, *hic filius Dei*. In Historia creationis Creator *Elohim* nominatur, pro quo Græci Interpretes utuntur nomine Θεός. Ergo *filius Dei* Luc. III. 38. *filius est Elohim*, Creatoris mundi, secundæ in sacrosancta Trinitate Personæ. Jam vero Adamus *filius Dei* nominatur, non idcirco solum, quia Deus eum creavit; siquidem ex hoc capite res creatæ omnes filii Dei possent appellari: sed præcipue, quia Creator ejus, *Filius Dei*, secundum exemplar suum cum sui similitudine creaverat eum formaveratque. Si nunc, uti ex historia colligimus, Creator in assumta, eaque fulgentissima, specie humana, Adamum ex luto formavit: quid est, quod communicatam cum ea similitudinem in Creatoris sola invisibili quæramus & admittamus mente, & non æque in assumpti tunc ab eo corporis visibilis forma, habitusque, quo lucebat ea, splendore? præsertim cum ea ipsa esset forma,  
in

in qua deinceps apparere non tantum hominibus, sed quam in unitatem personæ aliquando sibi associare, decreverat.

Seth filius erat Adami. Adamus hunc filium suum disertis verbis dicitur *genuisse in similitudine sua secundum imaginem suam* Gen. V. 3. An Spiritus Dei hisce verbis imaginem & similitudinem animæ Adami in anima Sethi proposuit? Anne potius dicere & docere voluit, Adamum secundum imaginem & similitudinem qualitatis seu habitus, in oculos incurrentis, externi videlicet hominis, corporis nimirum, hunc genuisse filium? Ego amplector posterius, non dubitans, quin verbis istis doceatur, in Setho parentis sui & צלם, formam & figuram corporis ejus substantialem, & דמות, consimilem externam speciem, eundem, quem parens Adamus, legem Dei transgressus, corpori suo concivivit, corporis habitum, in nuditate ejus conspicuum fuisse: externa ista & naturali corporis nuditate de interna, itemque naturali, nuditate animi, & imaginis Dei in eo absentia, indicium & testimonium perhibente. Hoc quum nunc opponatur similitudini, a Deo, ut patre, cum Adamo, ut filio, communicatæ, sed peccato amissæ; (*Conf. versum primum præcedentem*) cogimur fere, & hic similitudinem qualitatis, conditionis, habitus, in exteriore homine seu corpore Adami respicere. Neque difficilis est habitus hujus investigatio. Cogita id, quod Adami corpus non sinebar esse nudum, etiamsi indumentis, quæ nos vestes nominamus, non erat amictum, quo dilabente atque evanescente, illico revelata prorsus inque proparulo & oculis aperta omnino erat nuditas. Lucidam speciem si corpori tribuis Adami ante lapsum; habes istum, de quo dixi, habitum: habes aliquid, quod loco vestimenti nuditatem quasi peplo quodam velabat, quod liberum & curiosum nuditatis intuitum præpediebat & quasi excludebat. Nec video, si a vestibus, proprie ita dictis, sed quibus

Q

bus

bus tunc nondum erat locus, discesseris, aliud quid, in quo prædicta æque demonstres requisita, dari aut fingi posse. Hac ratione corpus Adami nudum post lapsum, & corpus ejusdem Adami ante lapsum, luce divina amictum, e diametro sibi invicem vides oppositum. Hic habes signum imaginis Elohim Creatoris in lucente integri Adami corpore: illic signum oppositi in eodem lapsi Adami & Adamidarum corpore, luce ista privato & nudo. Respectu nuditatis hujus, ab Adamo in liberos derivatæ, hi dicuntur gerere illius דמות, *similitudinem*. Quid nunc cogitatu proclivius, quam Adamum, non nudum, id est, luce divina amictum, Elohim, Creatoris sui, gessisse & repræsentasse quoque antea similitudinem? At dices, unde tu novisti, Elohim Creatorem, tunc, quum crearet hominem, humani corporis, eamque lucentem, assumfisse formam: quum historia id non commemoret. Non repeto supra, & speciatim §. XIII. *Capitis primi*, dicta jam de nativa indole Verbi ברא, neque anticipo dicenda deinceps de vi nominis *Elohim*: An imago & similitudo esse potest sine prototypo seu exemplari? Nonne materialis imago & similitudo, vere & ad vivum expressa, de materiali item prototypo per se testatur? JESUS ad Philippum, *Philippe*, inquit, *qui vidit me, vidit Patrem*. Confimiliter qui imaginem & similitudinem Elohim Creatoris in Adamo videt & intelligit, is in eo Creatoris unque videre potest & videt formam & exemplar, sine diserta hac de re institutione.

Id quidem, repones, ita se habet: modo imaginem & similitudinem Dei Creatoris in Adamo in materiali ejus parte sedem habuisse suam, perspicue demonstratur. Concedis ergo, recte se habere demonstrationis processum ab imagine & similitudine Dei Creatoris, in Adami corpore conspicua, ad assumtam tunc a Creatore, quum hominem

con:



conderet, lucidi corporis humani formam. Jam vero imaginem & similitudinem Dei Creatoris in Adami confedisse & eluxisse corpore, hoc ipsum est, quod me dilucide putato demonstrare, & huic demonstrationi meæ ex serie historiarum Gen. V. 1-3. non leve accedere pondus. Operæ erit pretium, ut Contextum hunc, explicationem præferam meam, quæ Adami **צלם & דמות**, *imaginem & similitudinem*, in Setho, filio, itidem conspicuam, illam de forma substantiæ, hanc de externo habitu corporis Sethi, nuditate videlicet ejus, exponit, in mero ponam die.

§. XXXI. Homines procedente tempore incidere poterant in cogitationem, num *καταρρονη* peccato invecsta, factum fortassis, ut liberi, ab Adamo defecto & corrupto prognati, alius generis sint homines, quam qualis Adamus fuerat, a Deo creatus, formamque præ se ferant, ab illa Adami diversam. Cogitationi isti, quæ si obtineat, rationem, qua Deus legem suam de homicida vicissim occidendo Gen. IX. 6. sancit, potuisset secundum explicationem, quam nos de ea damus, enervare, occurritur, quando Historicus sacer docet, Adamum post lapsum, & quidem annos centum & triginta natum, **צלם** *secundum imaginem suam*, id est, secundum formam suam & figuram substantiæ suæ essentialem, quam post lapsum retinuit, genuisse filium Sethum. Ab altera parte hominibus post temporis longioris decursum in mentem poterat venire, num Adamus ita nudus, quomodo posterius ejus nascuntur, initio a Deo fuerit creatus. Quo admissio, nuditas desineret esse absentis in animo divinæ imaginis, labis originalis, indeque manantis reatus, indicium. Huic obviam iur error, quando Historicus conducet, corporis nuditatem, quam homines nascuntur, ab Adami nuditate, quam is peccando sibi conscivit, repetendam unice esse, adeoque nuditatem istam, hominibus communem, effectum esse peccati

Explicatio  
proposita in  
clara ponitur  
lucce, defenditur,  
visque, sententiam nostram stabiliens, ostenditur.

cati, a capite eorum repræsentativo commiffi, in eademque univerfum Adami genus a Deo defeciffe, cum eoque congenitam ipfi Dei imaginem, ejusque in corpore, luce primitus amicto, fignum amiffiffe.

Indita in creatione Adamo, inque corpore ejus expreffa **צלם** & **דמות**, *imago & fimilitudo* Creatoris, quamvis Adamus hanc pro fe amiffiffet, cenferi item potuiffet ad liberos tranfiffiffe: quemadmodum parentes, etiamfi unum alterumve membrorum fuorum, exempli gratia, oculos fuos, amiferunt, oculos tamen gignere poffunt & gignunt liberos: & Adamus, quamquam una de coftis ejus erat decerpta, ex qua Deus Evam effinxerat, liberos fine defectu hoc procreabat: immo Adamus **צלם** *subftantiam* corporis ad exemplar formæ corporeæ, tunc ab Elohim, Plafta fuo, affumtæ, retinuerat, etiamfi **דמות** *fimilitudinis*, fecerat jacturam. Id fic fe non habuiffie, condocet hiftoriæ, quam Gen. V. legimus, Auctor, qui diverfas videtur fuiffe a præcedentis hiftoriæ Conditor, (22) *ver-*  
*fu*

(22) In Libro Geneſeos complura exhiberi antiqua Patriarcharum monumenta, aut monumentorum fragmenta, a Moſe, ad cujus ea venerunt manus, in unum volumen, quod *Geneſis* nominatur, compacto, ſcite obſervat & demonſtrat immortalis memoriæ Theologus, celeberrimus *Virringa*, in Obſerv. 3. Libris Tom. I. in diſſertatione prima de confuſione linguarum Lib. I. C. 4. Ex cujus ſententia Moſes monumenta iſta, ſeu monumentorum iſtorum fragmenta, vel integra ſervavit, vel, duce & præſide Spiritu Sancto, inde excerptiſit, quæ ad ſcopum tuum ſpectantia, ſcituque Eccleſiæ omnium temporum neceſſaria, judicabat. Putat ſagaciſſimus Obſervator, novum certe indicari monumentum, quoties in libro Geneſeos præſatio hæc, **אֵלֶּה תּוֹלְדוֹת**, quod vertendum monet, *Hæc eſt hiſtoria*, recurrit. De veritate *Virringianæ* hujus obſervationis ego quidem non dubito, eidemque ſuffragaturos opinor, qui longas iſtas recenſiones genealogicas, chronologicas, accuratas annorum, menſium, dierum, locorum item, notationes, frequentes Dei ad homi-

su tertio scribens: Et Adam natus erat centum & triginta annos, & generabat filium כְּצַלְמוֹ כְּדַמּוֹתוֹ in similitudine sua secundum imaginem suam, in quo ipsa illa forma, conditio, idem omnino habitus & status, quem Adamus peccando sibi contraxerat, conspiciebatur. Explanatius: Adamus generabat filium, a cujus corpore aberat דְּמוּת, serena illa & splendida lux, quacum Adamus a Creatore suo secundum exemplar gloriosæ formæ suæ initio fuerat conditus vs. 1. Filius partu in lucem veniebat nudus, ad similitudinem & modum patris sui Adami, violata lege divina nudi facti, & etiamnum nudi, vestibus idcirco, nuditatem tegentibus, induendi. Corpus Adami, quod plane a me probatum puto, in statu primævo fulgida quadam amictum fuit luce: qua, lege divina violata, continuo

Q 3

exci-

homines, hominum ad Deum, hominum ad homines, habitas orationes & sermones, ipsis loquentium verbis expressos, permultaque alia specialia, quin specialissima, intra privatos parietes remotisque arbitris gesta, diligenter tamen inque minimis etiam circumstantiis delineata, quæ in libro Geneleos occurrunt, perpenderit: quæ omnia ab ipsorum Patriarcharum descriptionibus, ad Mosis manus delatis, quam ab orali traditione labilique hominum memoria, tutius expromptiusque repeti, nemo, credo, unus ambiget. Secundum Celeberr. *Vitringam* Gen. V. 1. novum incipit antiquum, a Patriarchis memoriæ proditum, Volumen,

Hoc idcirco tango, ut occurram objectioni, quæ mihi ex eo posse fieri; quod Historicus primi Adami filii, *Caini*, partum memorans, id jam tum, quod hic de *Serbi* pastura mentionem faciens monet, monere debuerat. Alius enim si hujus historiæ fuerit Scriptor, genealogiam Lineæ sanctæ, unde nasciturum erat Semen mulieris, proditurus, & *Cainum* & *Abelem* debuit omittere: *Cainum*, qui ad Lineam istam non pertinebat; *Abelem*, quia jam inter homines esse desierat. Quod ergo Auctor historiæ, *Caini* partum narrantis, silentio præterierat, id hujus monumenti Parens, recensionem genealogicam suam a *Serbo* ordiens, in hujus partu commemorandum duxit; idque sapienter & considerato fecisse cum, rationes, quas profero, condocerant.

excidit. Dignum sane memoratu, quid factum hanc in partem de Adami liberis. Nonne nunc ab accurato rerum gestarum scriptore expectabitur, ut filii cum patre, in oculos incurrentem, deque communibus fati testantem, potius, quam tectam & occultam tangat & noter similitudinem? Quo admissio & probato, דמות אלהים, *similitudo Dei*, vl. i. commemorata, inque Adamo, jam creato, expressa, in oppositione ad דמות, *similitudinem Adami*, ab ipso ad liberos propagatam, in vestimento & decore, nuditati peccato investæ opposito, lucida nimirum corporis specie, ad prototypum, in Creatore tunc conspicuum, comparata, collocari debet.

Gradum promoveo & aio, Historicum sacrum verbis hinc ad imaginem & similitudinem animæ Adami in anima geniti tunc ab ipso Sethi respicere non potuisse: quandoquidem anima Adami post expositam & per fidem ab ipso acceptatam promissionem de Semine mulieris, caput serpentis contrituro, ad Dei renovata erat imaginem (23). An nunc Filius, de cujus meminit partu, tunc jam, cum in lucem ederetur, renovata erat mente? Et an cogitare licet, Scriptorem historię hujus hoc voluisse dicere? Et sige, cum mente renovata in lucem venisse Sethum, quod tamen non facile quisquam affirmare sustinuerit: scribi tunc potius debuerat, Adamum genuisse filium secundum Dei imaginem & similitudinem. An Dei imago aliquid est, quod per generationem, quacum historia imaginem

---

(23) Vid. Commentatio mea de Astucia mali genii, in circumveniendis primis generis humani parentibus adhibita, in den wöchentlichen Duisburgischen Intelligenz-Blättern, fünfte und sechste Fortsetzung Num. XVIII, XXIV. A. 1760. ubi hoc demonstr.

nem & similitudinem Adami conjungit, propagatur? an est tale quid, quod a parentibus licet arcessere? Si opponas, naturaliter tamen animæ corruptionem a parentibus transire ad liberos: qua supposita veritate, facer Historicus significare poterit ac voluerit, Adamum, cum natus esset annos centum & triginta, filium genuisse in morali corruptione, quam ante centum & triginta annos, a Deo deficiens, conciverat. Verum enim vero ubinam vel minimum ad ejusmodi vagationes ostendi potest vestigium in contextu historiarum? Adam, inquit Historicus, centum & triginta annos natus, gignebat filium ברמותו *in ipsissima, omnimoda, similitudine sua, כצלמו secundum imaginem suam.* Aliane, quam quæ reapse tunc in Adamo, cum filium hunc generaret, designata erit imago? Aliane *similitudo? similitudo* ergo fuit vel interni vel externi hominis in Adamo genitoque ab eo filio: de priori id non potest prædicari. nihil ergo reliquum manet, ad quod dictam *similitudinem* referas, nisi homo externus, Adami & filii, ab eo geniti, corpus, corporisque utriusque conditio & habitus.

An vero, contra poterit tendi, hocce, quod infans nudus nascatur, res est adeo memorabilis, ut id necesse etiam sit in monumento historico notari; quum nemo non citra doctrinam quotidiana hoc teneat & compertum habeat experientia. Verum est, rei annotationem supervacaneam, immo ridiculam, fore eo tempore, ubi de ea ex longa & continua inter omnes constet experientia. At vero ita comparatum non erat præsentis historiarum indicium. Hæc nobis narrat, Deum *in & cum similitudine Elobim* condidisse Adamum. Quum nunc in eadem historia porro referatur, hunc Adamum post lapsum genuisse filium; in hac serie commemoratio non erat supervacanea, in hoc genito ab Adamo filio imaginem & similitudinem lapsi patris sui ab ipso obtinuisse partu, hoc est, filium natum esse

esse nudum, lucido isto amictu, quo vestitum initio fuerat a Deo Creatore & Patre suo Adami, parentis sui, corpus, nudatum. Quemadmodum nunc serenus ille & divinus splendor, in corpore Adami conspicuus, signum erat & speculum lucis & imaginis divinæ moralis, in animo ejus præsentis collucentisque: ita corporis a congenita ei luce nudatio, peccato adscita, signum & indicium nudationis animi ipsius a morali luce & imagine Dei repræsentabat. Et in hac relatione nuditas quoque corporis, ab Adamo ad filium suum propagata, hic consideratur atque enotatur, & hac ratione naturalem corruptæ mentis statum præmonstrabat simul, & etiamnum commonstrat. Secundum quem conspectum non nuda corporis nuditas, sed ejus simul origo & *κατ' ἀρχήν* & *κατὰ θεῶν*, *negative* & *positive*, naturalis pariter status mentis, proditur atque insinuatur. Unde annotationis hujus in isto temporis articulo patefcit gravitas & insignis usus.

Ex hisce nunc circumstantiis & observationibus, inter se collatis, elucet, Adamum in conditione ista & nuditate corporis, quacum generabat filium suum, in hoc tantum historico volumine memoratum, unde de reliquis omnibus fieri poterat judicium, a Deo non esse creatum: adeoque Adami corpus, quum formaretur a Deo, cælesti quadam ac divina luce & gloria secundum similitudinem Dei Elohim, gloriosi Creatoris sui, convestitum fuisse; qua vero luce & gloria per & propter suam a Deo deflectionem & ipse unaque cum eo unversum genus, ab eo procreandum, exciderint. Quod id ipsum est, quod Scriptor historiæ hujus Gen. V. 1. 3. notare & docere volebat: Quod itaque explicationem, quam in commentatione hac de Dei in Adamo imagine & similitudine propono, insigniter constabit.

CAP. III.

## ANNEXA RESPONDENTIS.

**I.**  
**I**mago Dei in homine sita non fuit in dominio inanimantia.

**II.**  
Adamum in statu innocentiae ratione qualitatum mentis instar infantis fuisse notioni imaginis Divinae ipsi inditae e diametro repugnat: quod contra Socinianos defendimus.

**III.**  
Sententiam de imagine Divina, in puris naturalibus sita, cui iustitia supernaturaliter addita fuerit, minime probamus.

**IV.**  
Homo in innocentiae statu certo scivit, se, si in re-  
stituzione congenita perseveraret, quoad animam  
& corpus immortalem nec non in Dei communio-  
ne aeternum beatissimum fore.

**V.**  
Rudera imaginis Divinae in homine adhucdum super-  
sunt, ipsa licet imagine amissa.

**VI.**  
Sine hisce imaginis Divinae ruderibus homo non pos-  
set ad eandem restitui per conversionem.

**VII.**  
Adamus imaginem Divinam sibi suisque posteris ami-  
sit, etsi de ipsius Adami restitutione per gratiam  
nulli dubitemus.

X

VIII.

VIII.

Quamvis infantes nascantur sine imagine Divina, eorum tamen animas impuras a Deo creari, nimis durum & sanctitati Divinæ minus conveniens videtur.

IX.

Dicendum potius videtur, eas ad bonum & malum indifferentes creari, & a corpore maxime, cui per præstitutum ab æterno a Deo ordinem junguntur, pollutionem contrahere.

X.

Primus vero fons peccaminositatis animæ in ignorantia intellectus, in qua infantes ex justo Dei judicio nascuntur, est statuendus.

XI.

Homo imaginem Divinam, in regeneratione receptam, non potest denuo amittere, licet eam ita obscurari posse credamus, ut invisibilis fere evadat, sive: homo regeneritus non potest totaliter ex gratia excidere.

XII.

Imaginis Divinæ in homine restaurator est Filius Dei, essentialis Patris Imago, cum eodemque verus ac æternus Deus.


XIII.


Papa Romanus non est successor Petri.











DISSERTATIO THEOLOGICA,  
DIGNITATEM NATURÆ  
HUMANÆ  
EX GEN. IX. 6.

QUISQUIS  
EFFUNDIT SANGUINEM HOMINIS,  
PER HOMINEM SANGUIS ILLIUS EFFUNDITOR:  
QUONIAM  
AD IMAGINEM SUAM HOMINEM FECIT DEUS,  
DEMONSTRANS.

*PARS SECUNDA*


QUAM  
ADNUENTE SUPREMO NUMINE,  
IN ACADEMICO AUDITORIO MAJORE  
DIE XXIII. NOVEMB. MDCCLXIII. H. S.  
PUBLICÆ DEFENDENT

*PRÆSES*

**PETRUS JANSSEN,**  
SS. THEOL. DOCT. EJUDEMQUE ET HISTOR. ECCLES.  
PROFESSOR PUBLICUS ORD.

ET RESPONDENS

**HENRICUS BENZENBERG,**  
SUGTELENA JULIACENSIS.



TEUTOBURGI AD RHENUM,  
TYPIS FRANCISC. ADOLPH. BENTHON,  
ACAD. TYPOGR.